DIOGENIS
LÆRTII
VITÆ

1475.

154

Diogenes, Laertius
Vitae et sententiae philosophorum. 1475

Incun.
D176
1475
R.B.

126

PEABODY INSTITUTE
LIBRARY

PEABODY INSTITUTE OF THE CITY OF BALTIMORE
1857

BALTIMORE

31756

DIOGENIS LAERTII

DE VITIS PHILOSOPHORVM

LIBRI X.

LIBRARY OF THE PEABODY INSTITUTE

Benedictus brognolus generoſis patriciis uenetis Laurē
tio georgio: Iacoboq; baduario ſalutem plurimā dicit.

t Imonē ferunt optimi iuuenes cū ex eo Aratus quæ
ſiſſet quonā pacto opa Homeri quæ ſine mēda eſ
ſent cōpare poſſet: reſpōdiſſe ſi in aliqua antiqua
exēplaria incidiſſet: nō autē in ea quæ iā ab aliquo fuiſſent
emendata: ꝙ uidelicet aggreſſi caſtigare ea uolumina uolen
tes ipſa corrigere deprauaſſent. Hoc neſcio an factum ſit ut
poſſit dici ſup Diogene laertio: quē ut iuſſiſtis ſuſcepi reco
gnoſcendū. Nā ꝓ uiribus qdē dedi operā ut ad eā ītegritatē
ipſū reducerē q̄ traductus fuit: ſed ad huiuſcemodi rē quæ
procul dubio eſt utiliſſima: opus eſt etiā tū iudicio quodā
nō mediocri: qđ ex tenuitate doctrīæ meæ ſentio q̄ ī me ſit
exiguū: tū etiā aīo aliis curis uacuo: ac aliq̄nto ſpatio tēpo⸗
ris: quæ ex lectōibus meis & publicis & priuatis aliiſq; occu
patōibus q̄ pce mihi tribuātur ut ipſe taceā uos mihi teſtes
eſtis: ꝗ optīe noſtis q̄ raro ac difficulter mihi ūq̄ detur ocio
ſo eſſe. Sed utcūq; ſit: qđ ad me attinuit ꝓ ſuſcepti mune⸗
ris officio illud arbitror me cōſecutū eſſe ut nō aliter a fra⸗
tre Ambroſio ꝗ e græco in latinū eū uertit: hoc enī maxime
quæſitū ē: traductus fuerit q̄ magiſtro Nicolao a me tradi⸗
tus fuit īprimēdus: exceptis tantūmō epigrāmatibus & uer
ſibus qbuſdā: quos ab illo prætermiſſos cōponendos cura⸗
uimus eiq; addendos. Neq; uero facile uidere potui quonā
mō honeſte poſſē aut munus hoc qđ ut ſuſciperē rogabatiſ
recuſare: aut ſuſceptū q̄accuratiſſīe liceret non obire uel ex
cōi officio: quo tenemur oēs ſi poſſumus aliqd utilitatis in
mediū afferre: cū præſertī ad ſtudia litterarū ptineret: q̄rū
laudes plures ſunt ac maiores q̄ ut uerbis eas qſpiā q̄ntūuiſ
diſertus ſit atq; eloq̄ns ſatis ꝓ dignitate cōplecti poſſit: ſi
mō is ſim ꝗ ea ī re qcq̄ cōferre ualeā. Sed adde ꝙ mihi ut id
facerē uos eratis auctores: quorū ea eſt modeſtia: ꝓbitas: re
liqq; boni mores ac uirtutes cū doctrīa nō mediocri: necnō

etiã amor erga me atq; adeo reuerentia quoq; ut niſi mali-
gnus atq; ingratus eſſe uellẽ & iniuſtus nõ potuerĩ non uo-
bis obſeq. Omitto ꝙ cũ multi ſint ĩpreſſores in hac excellẽ
tiſſima in oĩ rerũ genere ciuitate ab eo uidebã Diogenẽ ĩpri
mendum eſſe: q ſine cõtrouerſia cæteris oĩbus eius artificii
magiſtris multũ etiã antecedit Nicolao ienſone: q ea eſt nõ
mõ induſtria: uerũ etiã ꝓbitate religione ac aliis uirtutibus
ut ad illuſtriũ uirorũ & etiã ſũmi pontificis familiaritatẽ ꝑ
uenerit: nec dico ꝙ intelligebã nullũ ſumptũ fuiſſe impedi
mento quo minus etiã qcquid aliud opus eſſet ad hãc rem
q̃optimũ paretur: ut cũ reliqua eſſẽt egregie parata: nõ eſſet
uerũ hoc ſolũ eſſe ꝙ deeſſet exẽplar emendatũ: cũ rei litte-
rariæ & ubertati optimorũ librorũ conſuleretur. Sed cũ his
oĩbus rõnibus facile adductus ſim ut morẽ uobis gererẽ: il-
lud tamen non diſſimulabo tãtæ iocunditati mihi eſſe uide
re quæ fuerit uita uniuſcuiuſq; philoſophi: quod diogenes
dilucidiſſime tradidit: ut uel hac re ſola facile potuerĩ pſua
deri ut hunc librũ recognoſcerẽ: nedũ cũ hac in re eadẽ opa
& meæ poſſem & ueſtræ ſatiſfacere uoluntati: quos pro ue
ſtris meritis tanti facio quãti quos plurimi. Niſi forte uacã
tes medicinæ cũ legãt aliquod opus Hippocratis q primus
medendi præcepta clariſſime fertur cõdidiſſe: aut Diocli ca
ryſtii q fama ætateq; ſecundus extitit: aut alicuius alius eiuſ
artis ac ſcientiæ magiſtri flagrẽt cupiditate interdũ ut ſciãt
quæ fuerit patria eorũ: qui maiores: & reliqua quæ ad ipſo
rũ uitã ptineant: dediti ſtudiis philoſophiæ nihil mouean-
tur ſcire aliqd tale de Platone aut Ariſtotele aliiſue philoſo
phis: quorũ aliquod opus legant: cum illi corporibus: hi au
tẽ aĩs qui longe nobiliores ſunt & curandis & excollendis in
cubuerint. Quid ꝙ in hoc libro cõtinetur etiã origo philoſo
phiæ: ut aucta fuerit: ut ad ſũmum pducta: quot ptes habe
at: & quas: cũ ſententiis uniuſcuiuſq; philoſophi: & factis
egregiis: atq; adeo ita ut hæc oĩa tanq̃ in pictura ꝓpoſita ti
bi liceat intueri. Ergo ſi a Diogene unum horum tantũmõ

traditum eſſet non inuitus plegerē: cū hæc omnia ſit cōple-
xus non libenter legam? Ego uero ipſum etiā libētiſſime &
legi & lego: ex quo non mō cognitionē multarum rerum cō
ſequor quæ mihi ſūmopere placent: uerum etiam copiam
exēplorum qualia ex ſummis uiris in omni genere ſcientiæ
præſtantibus haberi decet. Quod ſi non omnia probanda
ſunt quæcunq; tradiderint oēs hi philoſophi: mihi tamē io
cundum eſt uidere qui fuerint academici: qui elienſes: q̄ ita
lici philoſophi & alii: itē quid unuſquiſq; ſenſerit: & cur: &
ex erroribus aliorum uidendis fit ut ueritaē melius percipiā
& in ea ualidius etiā aīus cōfirmetur. Quæ oīa etiā aliis qui
cunq; hunc libum accurate perlegerint non dubito cū ſum
ma iocunditate euentura: cum præſertim mendæ ſublatæ
fuerint & corruptiones: quibus plerunq; lectores adeo gra-
uiter offenduntur ut uel eis ſolis a legendo prorſus detereā
tur: & omnia ita ſint diſtincta ut ad ea intelligenda lecturis
nulla difficultas ſit futura. Vnum tamen uelim nemini oc-
cultum eſſe etiam in græco quædam eſſe loca ubi aliquid de
ſit: q̄bus exceptis nihil ēē arbitror quod n̄ recte ſeſe habeat.
Accipietis ergo recognitōnem noſtram ea mente qua uobis
datur: & ita accipietis ut ſi non omnibus partibus fuerit ab
ſoluta: nō uoluntatē ſed facultatē defuiſſe exiſtimetis. Va-
lete Venetiis pridie idus auguſti. Mccccl xxv.

Fratris ambroſii in Diogenis laertii opus ad coſmã medi-
cem epiſtola.

u OLVENTI MIHI Quædã græca uolumina uẽit
ad manus laertii diogenis de philoſophis ꝓlixum
opus. Id &ſi auctori plus ĩ legẽdo ſtudii q̃ ĩ ſcribẽ-
do diligẽtiæ fuiſſe ex ipſa lectiõne deprehenderã: quia tamẽ
uaria erat hiſtoria: & plurima cognitu neceſſaria continere
uidebatur: latinũ facere amicis maxĩe id fieri orãtibus ſta-
tui. Quãq̃ eĩm ſacris trãſferẽdis iampridẽ ſtudiũ õne tem-
puſq; deuoueram: atq; id religionis inſtituto magis cõſen-
tãeũ: ab hoc tñ ueluti curriculo modice deflectere ut ſtudi-
oſis morẽ gererẽ: haudquaq̃ reprehẽſibile exiſtimaui: ĩmo
hoc ipſo labore meo fore ut chriſtianæ pietatis & gratiæ di-
gnitas magis pateſceret: ac per id fides in deũ promptior ac
ardentior ſurgeret ratio ueriſſima ſuadebat. Quãdo enim
ĩter illos q ſapiẽtiæ ſæcularis fuere principes: tãta de deo re-
buſq; & diuinis & humanis opinionũ concertatio eſt: ut ſe
inuicẽ deſtruãt: neq; ubi conſiſtas reperire poſſis: maiore
ꝓfecto alacritate animus diuinæ dignitatis ãplectitur gra-
tiã: atq; ad fontẽ ueritatis accurrẽs ueteris ſqualllorẽ miſe-
ratur erroris. &ſi eĩm apud illos ſparſim ꝓbabilia quædã
& ueritati cõſona inuenire eſt: mens tñ tanta opinionũ ua-
rietate fatigata libentius & gratius intra cubicula ueritatis
ſe recipit: & diuinis libris ac litteris hauriendis maiori dein-
ceps deſiderio ĩhiat: & ipſa tam̃ quæ apud nobiliores quoſ-
q; philoſophos de deo de cælo corporibuſq; cæleſtibus: de
natura reꝝ ſubtiliter ac uere diſputata ſũt ueritati chriſtia-
næ maxime aſtipulãtur. Merebatur eĩm ꝓfecto tã egregia
indagãdæ ueritatis intẽtio opera illa tam acris adeo celebre
ſtudiũ ſudoris ſui fructu nõ uſq;q̃q; deſtitui: deo id p̃mit-
tente ut illoꝝ quoq; teſtimonio fides uera firmamentũ ac
robur acciperet. Multa ĩ his & dicta grauiter & facta cõſtã-
ter ĩuenias: ut nõ mõ ex illorũ libris fidẽ inuiolabilis ueritaſ
capiat: uerũ exemplis quoq; religioni noſtræ ĩcitamentum

uirtutis accedat: q̃ fœdũ enim q̃q; plenũ dedecoris ẽ ſi chriſtianum hoĩem & de deo ſuo pendenté: & cui æternæ uitæ ſpes certa ſit: uirtuti & cõtinétiæ dare operam pigeat: cum gẽtiles uiros & a ueri culti dei ac religiõe lõge alienos: ꝓbitati modeſtiæ frugalitati cæteriſq; id genus anĩi hũani ornamẽtis ĩpenſius ſtuduiſſe cõperit. Pleraq; exẽpla huiuſce pene dixerĩ euãgelicæ pfectiõi ꝓxima ſũt: ut pudẽdũ uehemẽter & erubeſcẽdũ ſit: ſi id minus exhibeat chriſti: q̃ mũdi phũs: pluſq; ĩ gẽtili pectore poſſit amor gloriæ inanis: q̃ ĩ aĩo chriſtião religioſæ pietatis affectus: his atq; huiuſmõi rõnibus facile mihi pſuaſũ ẽ: ut hoc traducẽdi munus non mõ ut ĩutile nõ aſpnarer: ſeu ut noxiũ fugerẽ: ſed cõtra penitus: ut cõmodũ ac neceſſariũ cõſtãter aggrederer: Nẽpe ſi qué fore plus æquo eiuſce hoĩum admiratio rapiat: eoꝝq; geſta nr̃atis phiæ præferre ſeu cõferre & exemplis uelit id quod ſolũ ferme timemus: is leuiter admonẽdus erit ſolidã potius uirtutẽ: q̃ adumbratã uirtutis imaginẽ admiretur. & eĩm ipſi quos ſtup& q̃ miſerabili ĩterdũ lapſu corruerĩt ex ipſa lectiõe docebitur: Tibi itaq; Coſmæ uir hũaniſſime & chriſtianæ nobilitatis decus: hoc opus dedicatũ fuit: q et auctoritate tua ĩprimis nos ad illud ĩpuliſti: & gẽtilis ac nr̃æ phiæ peritiſſimus q̃ta ſit utriuſq; dr̃a & dignoſcere facileq; & diiudicare cõſueuiſti: Neq; id mõ. Veꝝ & de labore ipſe nr̃o iudicabis: Eo. n. libẽtius de ingeniolo nr̃o ferẽdam tibi ſñiam pmitto: quo maturitati grauitatiq; iudicii coniũcta beniuolẽtia ſingularis errata nr̃a faciliore dõabit uẽia: uerecũdiæq; cõſulet nr̃æ: q̃ ſæuerioẽ cẽſurã ĩformidãs eũdẽ & cẽſorẽ & p̃onũ hr̃e cupit. Sane qm̃ uerſus plurimos & diuerſos tũ alienos tũ ſuos auctor ĩterſerit: quod abhorrere uidetur: a grauitate hiſtoriæ illos traducere cõſulto omiſi: ita tñ ut nihil deẽe ex ſenſu neceſſario ſim paſſus: Simul & rauca uox ꝓlixã cantionẽ ad quã neq̃q̃ ſuffeciſſet declinauit: ne riſũ mouer& audiẽtibus: Plura qdẽ inſerta ſũt parũ pudice: tũ dicta tũ facta & quæ pudorẽ exagitẽt: ſed illa quoq; nõ

omitti & lex ĩterpretãdi & uera ſuaſit ratio. Sed ſatis iſta ſuperius: Tu ſi qua ſuperflua æſtimaueris iuꝛ̃ tuo reſecabis. Vale.

Tabula ſecundum ordinem librorum:

IN LIBRO PRIMO.

Thales
De ſeptem ſapientibus
Solon
Chylon
Pittacus
Bias
Cleobolus
Periander
Anacharſis
Myſon
Epimenides
Pherecydes

LIBRO SECVNDO.

Anaximander
Anaximenes
Anaxagoras
Archelaus
Socrates
Xenophon
Aeſchines
Ariſtippus
Theodorus
Phædon
Euclides
Stilpo
Criton
Simon
Glaucon
Simmias
Cebes
Menedemus

LIBRO TERTIO.

Plato

LIBRO QVARTO.

Speuſippus
Xenocrates.
Polemon
Crates
Crantor
Arceſilaus
Bion
Lacides
Carneades
Clytomachus

LIBRO QVINTO.

Ariſtoteles

2 Theophraſtus *Eresius* 81
3 Strato *Lampsacenus* 85
4 Lycon *Troadensis* 86
5 Demetrius *Phalereus* 87
6 Heraclides *Ponticus* 89

LIBRO SEXTO. 90

1 Antiſthenes *Atheniensis* 90
2 Diogenes *Cynicus* 93
3 Mominus *Syracusanus* 102
4 Oneſicritus 102
5 Crates *Thebanus* 102
6 Metrocles *Maronita* 104
7 Hipparchia *soror metroclis* 104
8 Menippus *phenix* 104
9 Menedemus 105

LIBRO SEPTIMO. 106

1 Zeno *Citieus* 106
2 Cleantes *Assius* 130
3 Chriſippus *Solensis* 132

LIBRO OCTAVO. 135

1 Pithagoras *Samius* 135
2 Empedocles *Agrigentinus* 142
3 Epicharmus *Cous* 145
4 Architas *Tarentinus* 146
5 Alcmæon *Crotoniata* 146
6 Hippaſus *Metapontinus* 147
7 Philolaus *Crotoniata* 147
8 Eudoxus *Cnidius* 147

LIBRO NONO. 146

1 Heraclitus *ephesius* 146
2 Xenophanes *Colophonius* 150
3 Parmenides *eleates* 151
4 Meliſſus *Samius* 151
5 Zeno cleates *eleates* 152
6 Leucippus *Abderita* 152
7 Democritus *Milesius* 153
8 Protagoras *Abderita* 155
9 Diogenes apolloniates 156
10 Anaſarchus *Abderita* 157
11 Pyrrho *eliensis* 157
12 Timon *Apolloniates* 163

LIBRO DECIMO.

1 Epicurrus *Atheniensis* 165

Explicit tabula.

42
5
9
3
8
12
1
80

LAERTII DIOGENIS VITAE ET SENTENTIAE EORVM QVI IN PHILOSOPHIA PROBATI FVERVNT.

HILOSOPHIAM A BARBARIS ĩitia ſũpſiſſe pleriq; autumãt. Nanq; apud Perſas claruiſſe Magos. Babyloniis ſiue aſſyriis eius rei principes fuiſſe Chaldæos: Gymnoſophiſtas Indis Celtis ſeu Gallis Druidas & qui Semnothei appellabantur: qui ut ait Ariſtoteles in Magico & Sotion in uigeſimotertio ſucceſſionis libro: ꝙ diuini humaniq; iuris peritiſſimi: ac præterea religioni maxime dediti fuerunt Semnothei quoq; appellati ſunt: Phœnicem inſuper fuiſſe Ochum & thraca Zamolxim: Libycũq; Atlanté. Ad hæc Egyptii Nili filium fuiſſe Vulcanum: eumq; ipſum philoſophiæ aperuiſſe principia. Porro ipſius rei Antiſtites Sacerdotes ac prophetas appellari ſolitos. Ab hoc autem ad Alexandrnm Macedonum regem fluxiſſe annos quadraginta & octomilia octingentos ſexagintatres. Quo toto tempore ſolis defectus contigiſſe trecentos ſeptuagintatres. Lunæ autem octingentos trigintaduos. Enimuero a Magis quorum principem fuiſſe Zozoaſtrem Perſen memoriæ proditum eſt. Hermodotus quidem Platonicus in libro de diſciplinis uſq; ad excidium Troiæ annos quinq; milia computat: Xanthus uero Lydius a Zozoaſtre uſq; ad Xerxis tranſitũ ſexcentos enumerat annos. Poſt eum autem Magos plurimos ſibi inuicem ſucceſſiſſe Hoſtanas. Aſtropſychos: Gobryas atq; pazatas: donec ab Alexandro euerſum eſt Perſarum regnum. Sed hi profecto dum neſciunt græcorum recte facta inuenta q; Barbaris applicant. Ab iis nempe non ſolum philoſophia uerũ idipſum quoq; hominũ genus initio manauit.

Nunc ignoscat [illegible] qui est in uita Platonis pag. [illegible] uers. uerba, Atqui epicharmus sensibilibus atq; intelligibil[illegible] in hanc sententiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] opinor, quod quis esset depravatus, aut certe [illegible], ut inde [illegible] posse, desperet. [illegible] habebat exemplar ad [illegible] appendimus, ne lector [illegible] deret [illegible] et aliquid [illegible] [illegible]

Deniq; Muſæo Athenæ :thæbæ Lino ĩclytæ ſunt. Horũ alterum Eumolpi filium aſſerunt primum deorum generationem tradidiſſe ſphæramq; inueniſſe:& ex uno fieri atq; in idipſum reſolui omnia dixiſſe. Hunc Phaleris obiſſe diem ibiq; ſepultum eſſe: inſcriptumq; ipſius tumulo Epigramma & genus illius & locum in quo ſepultus fuerit teſtari.

Eumolpi exanimẽ muſæum terra Phalerũ.
Continet hoc tumulo pignora cara patris.

Porro muſæi pater Eumolpidis apud athenienſes cognomen dedit. Linum uero Mercurio: Muſaq; Vrania genitũ affirmant:ſcripſiſſe autem mundi generationem: Solis itẽ & Lunæ curſus : animaliumq; ac fructuum generationes notauiſſe. Deniq; in primo ſtatim uerſu operis ſui initia rerum altius repetens cuncta ſimul nata memorauit. Quẽ ſecutus Anaxagoras:& ipſe ſimul facta omnia aſſeruit:eaq; mente accedente compoſita. Linum autem ĩ Euboia occubuiſſe ſagitta ab Apolline tranſſixum: Thæbiſq; ex urania muſa progenitum:ipſumq; itidem eius tumulo inciſũ elogium indicio eſt.

Candida purpureis ridimitæ tempora ſertis
Thæbanum uraniæ continet urna linum.

Ita philoſophia non a Barbaris ſed a Græcis initium habuit:cuius & ipſum nomen Barbaram omnino refugit appellationem. Qui autẽ illius inuentionem Barbaris aſſignãt: Orpheum quoq; Thraca in medium adducunt philoſophum fuiſſe & eſſe antiquiſſimum aſſeuerantes. Equidem is qui de diis talia cõmentatus ẽ: an philoſophus appellãdus ſit:neſcio:uideant certe qui ita uolunt quo ſit cenſendus nomine:qui diis cuncta hominum uitia: & quæ raro a turpibus quibuſq; flagicioſiſq; hominibus geruntur: impingit. Hunc autem a mulieribus diſcerptum periſſe fama eſt. Cæterum ex eo epigrammate quod in dio Macedoniæ inſculptũ eſt fulmine interiſſe cognoſcitur:& illic ſepultus

a muſis aſſeritur.

Orphea candenti tranſfixum fulmine tracem.
Cum curua aonides hic poſuere lyra.

Exponunt etiam mores & inſtituta ſingulorum: qui Barbaros aiūt philoſophiæ principes fuiſſe. Gymnoſophiſtas ac Druidas obſcure ac per ſententias philoſophari: colendos deos: nihil mali faciendum: & exercendam fortitudinē: priores illos mortis quoq; eſſe contemptores Clitarchus aſſerit in duodecimo libro: Chaldæos circa Aſtronomiæ rationes prædictioneſq; occupari. Magos deorū inſiſtere cultui: & preces illis ac uota & ſacrificia quaſi ſoli ab iis exaudiantur offerre: de deorum ſubſtantia & generatione diſſerere: quos item ignem: terram: & aquam eſſe: ſigna ſtatuaſq; reprehendere: & eorum in primis qui mares eſſe deos ac fœminas dicunt errores improbare: de iuſtitia uerba facere: iniquūq; arbitrari atq; impium igni ſepelire. Iuſtum matri ac filiæ miſceri: ut in uigeſimo tertio libro ait Sotion. Diuinationem præterea prædictionemq; exercere: ſibi deos apparere aſſerentes: plenum eſſe dæmonibus aera: qui tenuiter ac ueluti ex euaporatione acutius cernētium luminibus influant exteriorem cultum & auri uſum interdicere. His autem ueſtis candida: lectus humus: eſca olus: caſeus paniſq; cibarius eſt. Arundine pro baculo utuntur cuius item in ſummitate præfixum caſeū ori applicantes mandūt. Magicæ illos diuinatiōis ignaros Ariſtoteles ait in libro quem īſcripſit imagicum & Dinon in quinto hiſtoriarum libro: qui Zozoaſtrem quoq; ex interpretatione nominis ſui aſtrorum aſſerit fuiſſe cultorem. Hoc ipſum & Hermodorus tradit. ægyptiis uero antiquiores eſſe Magos Ariſtoteles auctor eſt ī primo de philoſophia libro: duoq; iuxta illos eſſe principia: bonum dæmonē & malū dæmonē. Alterū ex his Iouem & Horomaſdē: alterū Plutonem & Arimanium dici: quod Hermippus quoq; ī primo de Magis ait. Eudoxus quoq; ī Periodo: & Theopōpus octauo Philippicorū

li. Qui & reuicturos homines iuxta magorꝝ ſententiã dicit immortaleſq; futuros: & quæ ſunt omnia illorum precationibus durare. Iſta Eudemus quoq; Rhodius tradit. Porro Hecatæus deos quoq; ſecũdum illum eſſe genitos ait. Clearchus uero Solenſis ĩ libro de diſciplina Gymnoſophiſtas a Magis fluxiſſe aſſeuerat. Pleriq; & iudæos horꝝ eſſe nepotes tradũt. Herodotum præterea in ius uocant: mendaciiq; arguũt: qui Magorũ hiſtoriã ſcripſere. Neq; enim iacula in ſolem intorſiſſe Xerxem: ut ille ait: nec compedes mari immiſiſſe: ꝙ hi a Magis dii ſunt traditi. Signa tamen & ſtatuas ex diſciplina a uita hunc merito deleſſe. ægyptiorum autem huiuſmodi philoſophiã de diis ac ꝓ iuſtitia dixere. Materiam principiũ fuiſſe rerum ex ea deinceps quatuor elementa diſcreta perfectaſq; cumplures animãtes. Solem ac Lunam deos eſſe. Alterumq; Oſirim: alterã Iſim appellatos. Figurate illos loqui per cãtharum: & Draconem Accipitrẽ aliaq; animalia: Manethus auctor eſt in naturalium epitoma: & Hecatæus in primo de ægyptiorũ phĩa libro. Statuas ĩſuper & phana fabricari: ꝙ ignorent effigiem dei: mundũ genitũ mortalemq; & ad ſphæræ ſimilitudinem rotundum. Stellas ignem eſſe: quarum temperata cõmixtione cuncta ſuper terram naſci. Lunam deficere cum ĩ terræ incidit umbram. Animam & perdurare & immigrare: pluuias ex aeris conuerſionibus fieri. Iſta & huiuſmõi illos de rerum natura diſſerere Hecatæus & Ariſtagoras tradũt. De iuſtitia quoq; leges conſtituere: quas ad mercurium referunt. Vtiles quaſq; & uſui hominum accommodatas animantes diuino honore proſecuti ſunt. Aſſerũt & ipſi Geometriam: Aſtrologiam: & Arithmeticam ſe primos inueniſſe. De inuentione tante rei hactenus: philoſophiam uero pythagoras primum appellauit: ſeq; philoſophum cum Sicyone alloqueretur Ieontẽ Sicyomorum Tyrãnum ſiue Phliaſiorum ut ait Heraclides Ponticus in libro quem inſcripſerat περὶ τῆς ἀπνου: Nullum enim hominum

ſed ſolum deum eſſe ſapientẽ. Antea ergo ſophia.i.ſapientia dicta: quæ nũc philoſophia dicitur: & qui hanc profitebantur ſophi.i.ſapientes appellati. Quicunq; ad ſummã animi uirtutẽ excreuerãt Hos nũc honeſtiore uocabulo auctore Pythagora philoſophos hoc ẽ ſapiẽtiæ ſtudioſos appellamus. Ipſi tamen ſapiẽtes Sophiſtæ itidẽ ſũt dicti. Neq; hi ſolũ: uerum Poetæ quoq; Sophiſtarũ appellatiõe honorantur. Deniq; cratinus in archilocho Homerũ & Heſiodum admirãs ita illos uocat. Sapiẽtes aũt illi habiti ſunt: Thales: Solõ: Periãder: Cleobulus: Chilon: Bias: Pittacus. His annumerãt pleriq; Anacharſim Scythã: Myſonẽ Chineum: Pherecydem Syrũ: Epimenideq; Cretẽſem. Addũt alii Piſiſtratũ Tyrannũ: & hi quidem ſapiẽtes dicti. Enimuero phĩæ duo fuere principia: unũ quod ab Anaximãdro: alterũ quod a Pythagora fluxit. Anaximandri Thales præceptor fuit: Pythagoræ uero Pherecydes. Appellatũq; eſt id phĩæ genus Ionicũ: quod Thales ex Ionia fuerit. Mileſius quippe Anaximandrũ inſtituit. Hoc aũt Italicũ: quod illius auctor Pythagoras in Italia ut plurimũ philoſophatus ſit. Deſinit autẽ Ionica quidem in Clitomachũ Chryſippũ & Theophraſtũ: Italica in Epicurũ. Quippe Thaleti ſucceſſit Anaximãder: Anaximãdro Anaximenes: Anaximeni Anaxagoras. Anaxagoræ Archelaus: ei uero Socrates: q prior ethicẽ inuexit. Hunc uero tũ Socratici reliqui: tum ĩ primis Plato: qui ueterẽ Academiã inſtituit, Platoni Speuſippus: & Xenocrates: ei Polemo: Polemoni Crãtor & Crates. Cui Arceſilaus qui mediã induxit Academiã: Ei Lacydes q nouam Academiã inuenit. Lacydi Carneades: eiq; Clitomachus: Atq; in hũc modũ in Clitomachum deſiit. Sic autem in Chryſippũ: Socrati ſucceſſit Antiſthenes: Antiſtheni Diogenes Cynicus: ei uero Crates Thebanus: Crati Zeno Cittieus: Zenoni Cleãtes: cui Chryſippus ĩ Theophraſtum uero ſic deſiit. Platoni ſuccedit Ariſtoteles: Ariſtoteli uero Theophraſtus: & hunc quidem in modũ Ionica phĩa

Poete dicuntur sophiste

Duo pñ philosophie

Socrates inuenit ethicã

deſinit. Porro Italicæ hæc ſeries fuit. Pherecydi Pythagoras: Pythagoræ Telauges filius ſucceſſit. Ei Xenophanes cui Parmenides: huic Zeno Eleates: Leucippus Zenoni: Democritusq; Leucippo: Democrito complures. Sed inter reliquos Nauſiphanes: Naucideſq; celebrantur. Eis uero ſuo ordine ſucceſſit Epicurus. Philoſophi autem generaliter in duo genera diſtribuuntur: alteri ex his dogmatici ſunt dicti: quicunq; de rebus ueluti comprehenſibilibus diſſerunt. Alteri Ephectici: qui aſſenſum continent & de rebus ita diſputant: quaſi comprehendi non poſſint. Ex his pleriq; ingenii ſui monumenta reliquerunt. Alii nihil penitus ſcripſere. His ut quidam uolunt: Socrates annumeratur. Stilpon itē Philippus Menedemus Pyrrho Theodorus: Carneades: Bryſo: Pythagoras: etiam ſecundum quoſdam Ariſto chius: præter epiſtolas paucas. Alii ſunt q ſingula tantum opuſcula ſcripſerunt. Meliſſus parmenides & Anaxagoras. Multa ſcripſit Zeno: plura Xenophanes: plura Democritus: Ariſtoteles plura: Epicurus plura: Chryſippus plura: Philoſophorū alii a Ciuitatibus ſūt appellati: ut Elienſes: Megarēſes: Eretrici: & Cyrenaici. Quidam a locis: ut Academici: Stoici. Ab euentibus alii: ut Peripatetici. Nonnulli a probris: ut Cynici. Alii ab affectibus: ut Eudæmonici. Quidā ab elationis faſtu ut qui ſe Philalethes: ideſt ueritatis ſtudioſos: ſiue Electicos: & analogeticos uocant. Sunt item qui a præceptoribus ſūt dicti: ut Socratici & Epicurei. Atq; alii quidem ꝙ de natura rerum ſcripſere Phyſici. Alii quia circa mores potius ſe occuparūt Ethici. Cæteri a diſſerēdo dialectici uocati ſūt: hi ſcilicet q uerborum ac rationū acumine impugnāt. Diuiditur autē phīa ī partes tres: Phyſicā: Ethicā & Dialecticam. Phyſicæ propriū ē de mūdo: & de his quæ ſūt ī eo diſſerere. Ethicæ uero de uita moribuſq; tractare. Porro Dialecticæ ambarum partium afferre rationes. Sola uſq; ad Archilaum Phyſica uiguit. A Socrate ut dictum eſt Ethica initium

ſumpſit:& a Zenone Eleate Dialectica. Ethicæ uero pars
in ſectas decem ſcinditur: Academicam:Cyrenaicam:Eli-
acam:Megaricam:Cynicam:Eretricam:Dialecticam:Peri-
pateticam:Stoicam & Epicurieam. Veteris Academiæ prĩ-
ceps fuit Plato:mediæ Arceſilaus:nouæ Lacydes. Cyrenai-
cæ Ariſtippus Cyrenæus:Eliacæ Phædon Eliẽſis:Megaricæ
Euclides Megarẽſis:Cynicæ Antiſthenes Atheniẽſis: Eretri
cæ Meédemus Eretriẽſis: Dialecticæ Clitomachus Calcedo
nenſis: Peripateticæ Ariſtoteles Stagerites: Stoicæ Zeno
Cittieus. Porro Epicurea ab auctore ipſo appellata ẽ. Cæte
rum Ippobotus in libro de ſectis:nouẽ ait fuiſſe ſectas atq;
ĩſtituta:ex his Megaricã primo loco cõſtituit:ſecũdã Eretri
cã: tertio Cyrenaicã:q̃rto Epicureã:quĩto Anniceriã:ſexto
Theodoriam:ſeptimo Zenoniam eandemq; Stoicam:O-
ctauo Academicam ueterem:nono Peripateticam. Cynicæ
autem & Eliacæ atq; Dialecticæ nullam mentionem facit.
Ea uero quæ Pyrrhonia dicitur propter obſcuritatem a
plurimis repudiatur. Hanc ipſam tamen pleriq; ſecũdum
aliquid ſectam eſſe dicunt:ſecundum aliquid negant. Eam
deniq; ſectam dici aiunt:quæ rationem aliquam iuxta id
quod apparet & ĩ promptu eſt ſequitur aut ſequi uidetur.
Secundum quod & Scepticen non incongrue ſectam ap-
pellabimus. Verum ſi ſectam intelligimus appellationem
ex his dogmatibus conſtantem quæ ſibiipſis conſentiant:
non iam appellabitur ſecta:neq; enim dogmata ſiue decre-
ta habet. Iſta de philoſophiæ ĩcunabulis:prouectibus:par-
tibus:ſectiſq; breuiter diximus. Quã q̃ & ante paululũ E
clectica quædã ſecta a Potamone Alexãdrino ĩuecta ẽ. Qui
de ſingulis ſectis quæq; ſibi placuere ſelegit. Viſũ autẽ illi
eſt ut ĩ ĩſtitutione ſua fatetur multiplex eẽ ueritatis examẽ.
Alterum ſcilicet a quo iudicium fiat hoc eſt principale. Al-
terum per quod ideſt ſolertiſſimam intimamq; imaginẽ.
Initiaq; rerum omnium materiamq; & qualitatem effecti-
onemq; ac locum ex quo ſcilicet & a quo & ubi & in quo.

Finem uero ad quem cuncta referātur uitam eſſe ait omni uirtute perfectam: nō abſq; corporis naturalibus externiſq; bonis. Sed iam de uiris ipſis cuiuſmodi fuerīt: dicendū. ac primum de thalete:

Thales Mileſius. I

tTHALES itaq; ut Herodotus: Duris: ac Democritus aiunt: patre Examyo: matre cleobulina ex Thelidarum familia: qui Phoenicum nobiliſſimi a Cadmo & Agenore originem ducunt. Platone quoq; teſte natus: primuſq; ſapiēs uocatus ē: quo tempore Damaſius Athenis princeps erat: ſub quo ſeptem quoq; ſapientes appellati ſunt. Demetrius Phalereus ī deſcriptione principum meminit. Mileti autem ciuis inſcriptus eſt. Profectus cum Nelaeo ex Phœnice: cum ille patrio ſolo excidiſſet: ſiue ut pluribus uiſum eſt: indigena Mileſius & claro genere fuit. Poſt reipu. negotia ſeſe ad contemplandam rerum naturam tranſtulit. Sane iuxta quoſdam nullum īgenii ſui monumentum dereliquit. Nam quæ in eum refertur nautica aſtrologia phoeci ſamii eſſe perhibetur. Callimachus inuentorē fuiſſe minoris urſæ: ac notaſſe illius ſtellas tradit: qua phœnices nauigāt ſic dicens uerſibus iambicis.

Plauſtri notaſſe dictus eſt minores
Stellas: quibus ſuum tenent tyrii curſum.

Secundum quoſdam duo ſola conſcripſit: de conuerſione ſcilicet ex æquinoctio: cætera facilia eſſe ad percipiendum arbitratus. Putant pleriq; primum Aſtrologiæ ſecreta rimatum Solis defectus conuerſioneſq; prædixiſſe: ut ait

Eudemus in ea quam de Aſtrologia ſcripſit hiſtoria. Quo
circa Xenophanem & Herodotum illum maxime fuiſſe
miratos. Idipſum autem Heraclitus Democrituſq; teſtan-
tur. Sunt qui illum immortales animos primum dixiſſe
aſſeuerent: ex quibus eſt Chœrillus poeta: Primus & ſolis
curſum a conuerſione in conuerſionem reppererit. Soliſq;
magnitudini Lunarem orbem comparatum ſeptingenteſi
mam & uiceſimam illius partem eſſe: prior ut quibuſdam
placet: dixit: primus etiam menſis ultimã triacada ideſt tri-
geſimam uocauit: de natura quoq; prior ipſe diſſeruit: ina-
nimatis etiam animas illum ĩeſſe putauiſſe Ariſtoteles &
Hippias auctores ſunt coniicientem id ex magnete lapide
& ſuccino. Ab egyptiis uero percepta Geometriæ diſciplina
primum deſcripſiſſe circuli triangulum rectis lateribus &
immolaſſe bouem refert Pãphila: Alii Pythagoram dicunt
ut apollodorus ſupputator. Porro quæ callimachus ait.
Euphorbum phrygem inueniſſe ſcalena & trigona: quæq;
ad lineæ ſpeculationem pertinent ea iſte auxit atq; ꝓpaga
uit. Cõſtat illum & reipublicæ cõmodis optime cõſuluiſſe.
Nam cũ ſotios mileſios Croeſus habeř oraret: obſtitit ille.
Eaque res poſtmodum Cyro uictoria potito ſalus ciuitatis
fuit: ſolitariã eum ac priuatã uitã adamaſſe tradit Heracli-
des. Quidã uxorẽ duxiſſe filiũq; Cidiſtũ ꝓcreaſſe. Alii Cæ-
libem ꝑſeueraſſe: ſororiſq; filiũ ſibi adoptaſſe ferunt: & cũ
rogaretur cur filios non ꝓcrearet: ꝙ filiorum amore non te
neretur: reſpõdiſſe. Vrgẽti matri ut ſe matrimonii uinculis
aſtringeret: Adhuc intempeſtiuũ eſſe dixit. Emenſa fere iu
uẽta cũ ſibi illa acrius inſiſteret: Iam ĩquit intempeſtiuum
eſt. Scribit autem hieronymus rhodius ĩ ſecundo cõmenta
riorũ eum cum uellet oſtendere q̃ ſit facile ditari præcogni-
ta futura ubertate conduxiſſe olearia: pecuniaſq; ĩnumeras
ſibi cõparaſſe. Principiũ omniũ aquã eſſe dixit: & animatũ
mundum ac dæmonibus plenum: anni tempora illorumq;
uiciſſitudines priorem inueniſſe ferunt: eumq; in trecentos

ſexagintaquinq; dies diuiſiſſe : nullo præceptore uſus eſt:
niſi inquantum ægyptiis ſacerdotibus eo profectus famili-
ariter inhæſit. Porro hieronymus menſum eſſe Pyramides
umbram aſſeruando memoriæ tradidit : quando nobis æ-
qua magnitudine. ſunt thraſybulo quoq; mileſiorum Ty-
ranno: ut ait Minyes coniũxit. Quæ uero de tripode a piſ-
catoribus inuento ſapientibuſq; a plebe mileſiorum dedi-
cato memorantur: manifeſta ſunt. Aiũt enim ionicos ado
leſcentes quoſdam a piſcatoribus mileſiis iactũ rætis emiſ
ſe: capto: deinde ex educto tripode orta contentio non ante
ſedata eſt : q̃ delphos a mileſiis miſſum reſponſumque a
Deo eſt illius eſſe debere qui omnes ſapientia excelleret.
De tripode ex phœbo quæris mileſia proles.
Huic tripodem addico cuius ſapientia prima.
Datur ergo Thaleti : thaleſq; illũ alii dat: & rurſus alius a-
lii: donec ad ſolonem uentum eſt. Qui deum primum eſſe
ſapientia aſſerens illum delphos miſit. Iſta callimachus in
iãbis aliter tradit accepta ſcilicet a Leandrio mileſio: bathy-
clem enim quempiam arcadem phialã reliquiſſe: atq; man
daſſe dari ſapienti primo: datamq; thaleti ac per orbem rur
ſum Thaleti: quam ille apollini didymæo miſit: ſic dicẽs ſe
cundum callimachum.
Plæbem Regenti me thales nileo dat.
Clarum bis hoc qui iam ſecutus eſt donum.
Pedeſtris autem oratio ſic ſe habet thales exãmyi filius mi-
leſius apollini delphinio græcorum præmium bis nactus.
Qui autem circuntulerat phialam bathyclis filius therion
uocabatur: ut eleuſis ait in libro de Achille: & Alexo Myn-
dus in nono fabuloſorum. Eudoxus autem cnidius Euan-
theſq; mileſius aiunt Crœſũ amicũ quendã aureum pocu
lum a rege accepiſſe: ut illud ſapiẽtiſſimo græcorum daret:
ipſũq; Thaleti dediſſe perueniſſeq; ad Chiloné. Ei uero cũ
a pythio quæreret: quiſnam eẽt ſe ſapientior : reſponſum
eſſe myſonem de quo ſuo loco dicemus. Hunc Eudoxus

pro Cleobulo Plato pro Periādro ponit de ipſo hæc reſpon dit Apollo.

Te magis eſſe cano curis illuſtribus aptum.
Aetheum quendam generatum chene myſonem.

qui autem pythium rogauerat: anacharſis fuit. Dædachuſ Platonicus & Clearchus phialam a Crœſo ad Pittacū miſſā atq; ita ī urbē circūlatā fert. Andro uero ī tripode argiuos ait uirtutis præmiū ſapiētiſſīo græcoꝝ Tripoda cōſtituiſſe eūq; Ariſtodemū ſpartiatā fuiſſe iudicatū: qué ité cōceſſiſſe Chiloni meminit ariſtodemi. Alcæuſ quoq; aſſerēs dictū il lud apud ſpartiatas celebre: pecūiæ uir: pauper uero nemo bonus ē. Pleriq; a Periandro ad Thraſybulū mileſiorū tyrā num onuſtā nauē miſſā referūt. Ea uero cū circa eorū ma re naufragiū feciſſet: inuentū poſt a piſcatoribus tripodē: qui ea uehebatur: phanodicus circa mare atticū repertū: at q; in urbē delatū ſcribit: factaq; cōtione ex decreto publico Bianti miſſum: cauſā ſuo loco dicemus: cū de biante dicen dū erit. Alii a Vulcano fabre factū tradūt: ac ꝓ munere Pe lopi a Deo datū: cū ille uxorē duceret: demū ad Menelaū ꝑueniſſe: raptūq; cum Helena ab Alexandro ī eoꝝ mare fu iſſe iactatum: Alancæna rixarū cauſā fore aſſerēte. Poſt lap ſum tēporis cū quidā illic lebedii rætis iactū mercati eēnt: tripoda quoq; fuiſſe cōprehenſū: & cū exorto cū piſcatori bus iurgio coum aſcēdiſſent: nihilq; ꝓficerent: miletū quæ erat metropolis eā rē detulerūt. Miſſi a mileſiis legati qui eā rem cōponerent: infecto negotio reuerſi ſunt. Mileſii ut ſe cōtempti uiderūt: aduerſus coos armis decernere ꝑgunt: plurimiſq; hinc inde cadētibus: diuino oraculo reſponſū ē: ſapiētiſſimo dandū tripoda. Mox in thaletē utræque ꝑtes cōſenſere: hunc ille poſtmodū didymæo deuouit apollini. Cois itaq; reſponſū nō ante quieturā contētionem q̄ aureū tripoda uulcani opus ī mare iactatū ex urbe educerēt: & ad eius uiri domum ferrent: q̄ præſentia & præterita & futura noſcet.

Non prius ionii meropeſq; a marte recedent.
Quam tripos auratus pelagus quē iecit in altum
Mulciber: ex urbe emiſſus concedat ad ædes.
Mox hominis: cuius ſit præſentia noſcere promptum
Quæ ſint quæ fuerint quæ mox uentura trahantur.

Mileſiis ut ſupra iam diximus reſponſū uiro illi dandum qui ſapientia primus eſſet omnium: ſed de his hactenus. Hermippus autem in uitis in hunc refert: quod a quibuſdam de ſocrate dicitur. Aiebat enim inquit: trium maxime rerum cauſa gratias ſe fortunæ agere. Primo ꝙ homo non bælua: deinde ꝙ uir nō mulier: tertio ꝙ græcus natus eſſet non barbarus. fertur cum domo exiret: inſpiciendorum ſiderum cauſa in ſubiectam ſcrobem incidiſſe. petulantiq; probro dictum ab anu domeſtica Qua ratione. o. Thales quæ in cælis ſunt comprehenſurum te arbitraris: q ea quæ ſunt ante oculos uidere non uales? Aſtronomiæ ſane fuiſſe ſtudioſiſſimum & Timon ſciuit: qui illum in ſilis eius rei laudat: porro quæ ab eo ſcripta ſūt: ad ducētos uerſus pertingere lobon Argiuus auctor eſt: inſcriptoſq; imagini ipſius uerſus.

Hunc quæ nutriuit mileſia terra thaletem
Conſilio primum prodidit aſtrologum.

Mileti in ionia nutritum: Aſtrologumq; fuiſſe. & eſſe antiquiſſimum ſapientia teſtari. Quæ uero ipſius celebrentur iſta eſſe.

Non multa uerba ſigna ſunt bonæ mentis.
Quiddam legas tu qui ſapis ſequi clarum.
Solues enim uirum loquacium linguam.

Nō multa uerba prudentis animi indicium ſunt: unum aliquid ſapiens diuina: unum quippiam præclarum elige: ſolues enim loquacium infinitos ſermones uirorū ferūtur eius & iſtæ ſentētiæ: antiquiſſimum eorum: quæ ſunt ōnium deus īgenitum enim. pulcherrimum mundus: a deo enim factus ē: maximū locus. capit enim oīa: uelociſſimū

mẽs:nã p uniuerſa diſcurrit.fortiſſimũ neceſſitas:cũcta.n-
ſupat.ſapiẽtiſſimũ tẽpus.ĩuenit nãq; oĩa. Nihil ait mortẽ
a uita differre. Tu uero ait quiſpiã:q̃re non moreris? Quia
nihil inquit differt. Sciſcitanti cuidã quid prius factũ eſſet
nox an dies? Nox ait una prius die. Interrogatus lateret ne
deos homo male operãs? ne cogitãs quidẽ ĩquit. percõtãti
adultero an iuraret ſe minime adulteraſſe? nõ ẽ ait piuriũ
adulterio deterius. Interrogatus quidnã eẽt difficile? ſe inqt
ipſum noſce. Quid cõtra facile? aliis moneri dixit: qd ſua-
uiſſimũ? frui inqt: quid Deus? quod ĩitio & fine caret: quid
difficile uidiſſet? Tyrannũ inqt ſenẽ. Quo pacto aduerſæ
fortunæ ictus quiſpiã ferat facillime? ſi inimicos ait uideat
deterius affectos: quomodo optime ac iuſtiſſime uiuemus?
ſi quæ ĩ aliis reprehẽdimus: ait ipſi nõ faciamus. quiſnã fœ
lix ſit? qui corpore inqt ſanus: fortuna locuples: aĩoq; non
ignauus aut ĩperitus ẽ. Amicorũ præſentiũ & abſentiũ æq;
memores debere eſſe ait. nõ cõponere faciem: ſed bonarum
artiũ ſtudiis animũ excolere præclarũ eſſe. Noli inquit di-
tari nequiter: neq; te in ius uocet ſermo cõtra cõiũctos tibi
ac ſotios dictus. Quæcũq; ait ſtipẽdia parẽtibus intuleris:
eadẽ ipſe a filiis expecta. Nilũ ait excreſcere qñ eteſiæ quæ
cõtrariæ ſunt undas repellũt. Ortũ primo Anno trigeſimæ
quintæ olympiadis Thalem Apollodorus ĩ chronicis tra-
dit: mortuũq; ætatis Anno. lxxviii. ſiue ut ſoſicrateſ ait no-
nageſimo. Quinquageſima quippe & octaua olympiade
eẽ defunctũ. Crœſi uero fuiſſe tẽporibus cui & pollicitus ſit
alyn fluuiũ ſine ponte traiicere auerſis undis: fuiſſe & alios
quĩq; huius noĩs uiroſ Demetrius magneſius in æquiuocis
fatetur. Primũ rhetorẽ calantinianũ: Secũdũ pictorẽ ſicyo-
nium: Megalophyen Tertiũ: eũq; ãtiquiſſimũ ferme heſi-
odi: homeri: lycurgiq; tẽporibus: Quartũ cuius memĩt du-
ris ĩ libro de pictura. Quintũ iuniorẽ & obſcurum: cuius &
Dionyſius ĩ criticis mentionẽ facit. Sapiẽs igitur Thales o-
biit cum certamẽ gymnicum ſpectaret: æſtu ſcilicet ac ſiti:

et infirmitate fatigatus iam uetulus: in cuius laudes extāt Epigrammata.

Gymnicon aſpiceret cum rurſus agona thaletem
  Traxiſti e ſtadiis iuppiter æelie.
Hūc laudo cælum proprius q duxeris ultra.
  Non poterat terris aſtra uidere ſenex.
Nempe hic exiguus tumulus: ſed ſydera ſcandit
  Gloria: ſunt cuius hæc monumenta thalæ.

Huius illud eſt noſce teipſū. Quod antiſthenes ī ſucceſſionibus ait fuiſſe phemonoes: Idq; ſibi uſurpaſſe chilonē.

De ſeptem ſapientibus

h HOc in loco generatim ipſorū facienda mentio eſt: quæ nā fuerit de illis inter ueteres & quāta diſcordia: Damō Cyrenæus cum de philoſophis ſcriberet: omnes īſimulat & ſepté in primis. Anaximenes autem omnes ait poeticæ magis fuiſſe ſtudioſos. Dicæarchus neq; ſapientes neq; philoſophos fuiſſe eos aſſerit: ſed ſenſatos plane uiros: legūq; latores. Archetimus ſyracuſanus illorū cū cypſelo cōgreſſū ſcripſit: cui ſe quoq; īterfuiſſe ait. Euphorus apud Crœſū præter unū thalé cōgreſſos tradit. Aiunt auté quidā & ī panionio & corintho & delphis eos cōueniſſe: illorūq; ſentētias ponūt: quæ nā cuius ſit exponētes ut illud lacædemonius fuit Chilo ſapiēs: q hæc ait: nihil nimis. Tēpori cūcta adſūt bōa: magna & de illorū numero diſcordia ē. Leādrius eīm pro Cleobulo & Myſone: Leophantū gorſiada lebediū ſiue epheſiū inſerit. epimenidéq; cretēſē. Plato auté in ꝓtagora Myſoné ꝓ periādro: ephoruſ ꝓ myſone ponit Anacharſim. Alii Pythagoram adiiciunt. Porro Dicæarchus quatuor nobis cōſenſu omniū ſapiētes tradit thalé: Biātem. pittacū atq; Solonem: tū ſex alios nominat: quorū ex numero tres eligit. Ariſtodemum ſcilicet: Pamphilū: Chiloné lacedæmoniū: Cleobulū: Anacharſim

& periandrū. Addūt quidā Acuſilaū Cabā ſiue Scabrā Ar-
giuum. Hermippus autē ī libro de ſapiētibus decem & ſep-
tem fuiſſe tradit: quoꝝ ex numero ſeptē alii aliter eligant:
ſic autē illos cōputat: primo loco ponit Solonē: tū Thalē:
Pittacū: Biantē: Chilonē: Cleobulū: Periandrum: Anachar-
ſim: Acuſilaū: Epimenidē: Leophantū: Pherecydē: Ariſto-
demum: Pythagorā: Laſum charmātidæ ſeu Siſymbrini:
ſiue ut Ariſtoxenus tradit chabrini filiū. Hermioneū Ana-
xagorā. Enimuero hippobotus ī deſcriptione philoſopho-
rum hāc illoꝝ ſeriē exponit primo Orpheū: deinde linū: tū
Solonē: Periandrū: Anacharſim: Cleobulū: Myſonē: thalē
biantē: Pittacū: Epicharmū: & extremo loco Pythagorā: fe-
rūtur & iſtæ Thaletis epiſtolæ. Thales pherecydi. Audio te
primū Ionium de diuinis rebus apud græcos palā diſſerere
parare. uerum iuſtiore fortaſſe ſñia īter amicos ea quæ ſcri-
pſeris leges: quā paſſim qbuſcūq; pmittes nullo illis emo-
lumento futura. Eqdē ſi tibi gratū cognouero: uolo cōſciuſ
eoꝝ quæ ſcribis eē: ac ſiquidē iubes ad te mature ꝓficiſcar:
neq; eīm adeo amētes ac ſtolidi ſumus ego & Solon Athe-
nienſis: ut cū nauigio cretā petierimus: uiſēdi gratia: ægyp-
tūq; itidē penetrauerimus: ut iſtic ſacerdotibus & aſtrono-
mis cōgrederemur ad te nō pari ſtudio nauigaturi ſimus.
Veniet enim & Solon ipſe ſi annuas. Nanq; tu loci illius
amore detētus raro ī Ioniā tranſis: neq; peregrinoꝝ homi-
nū deſiderio tāgeris. Verū uni tātū ut ſpero ſcribēdi nego-
cio incūbis: At nos qui nihil ſcribimus: græciā aſiamq; pa-
gramus. Vale. Thales Solōi. Athenis ſi excedas: mileti ut
eqdē reor cōmodiſſime habitare poteris: eſt eīm ueſtra co-
lonia: patieriſq; dirum nihil: ꝙ ſi & apud Mileſeos exe-
craris tyrannidē: æque eīm ubiq; tyrannos infeſtos habes:
At cū amicis nobiſcū ſcilicet uiuere erit iocundiſſimū. ſcri-
pſit ad te Bias ut prienam proficiſcaris. Eam tu urbē ſi gra-
tius inhabitaueris: & ipſi eo ad te aduolabimus. Vale.

liber

ſ S Olon Execeſtidæ filius Salaminius primum qdẽ ipſã ſiſachtheã ĩuexit athenienſibus. ſic autẽ appellabatur corporũ poſſeſſionumq; redẽptio. plurimi quippe p ſummã ĩopiã fœneratoribus corpora ſua exponebant: ac ſup his fœnerabãtur. Cũ igitur ſeptẽ ſibi talẽta ex patrimonii ſui iure deberẽtur ea prior indulſit: ac reliquos idẽ facere exemplo ſuo ꝓuocauit. Eaq; lex ſiſachthea appellata ẽ: hoc illi id quod minime obſcurũ ẽ: fœlix iniciũ fauſtũq; fuit ad cæteras condendas leges: quas enumerare longiſſimũ eſſet: minimeq; neceſſariũ cum illæ tabulis æreis inciſæ ſunt. eſt autẽ idipſius factũ uel celeberrimũ cũ de ꝓprietate ſalaminæ ipſius patriæ inter atheniẽſes & megarenſes ferme uſq; ad interitũ armis dimicatũ eẽt: multiſq; cladibus acceptis: capitale apud atheniẽſes eſſe cœpiſſet ſi quis legẽ de uindicãda inſula ferre auderet. Sollicitus Solõ ne uel tacendo parũ Reipu. conſuleret: uel conſulendo ſibi noceret: ſubitã ſibi demẽtiam ſimulat: cuius uenia non dicturus modo ꝓhibita: ſed & facturus erat. Deformis habitu more uæcordium in publicum euolat: factoq; concurſu hoĩum quo magis cõſiliũ diſſimulet: ĩſolitis ſibi uerſibus.

Mutata patria pholegandrius aut ſicinites
  Tunc ego dicebar: Atticus ante fui.
Certe hominum rumor ſubito uolitaret ad aures.
  Atticus hic hominum quis fugitur ſalamis.
Ad Salamina graue expulſuri dedecus imus
  Et conſerturi ſũmimus arma manus.

p præconẽ ſuadere populo cœpit quod uetabatur. Omniũq; ita aĩos cepit: ut aduerſus megarẽſes bellum extẽplo decernerent: inſulaq; deuictis hoſtibus athenienſium fieret. Perſuaſit Atheniẽſibus in thracia quoq; ſibi uẽdicare cherſoneſum: ac ne magis ui q̃ iure Salaminã poſſidere uiderẽtur: Effoſſis qbuſdã tumulis cadauera ad orientẽ ſolem

cõuerſa q athenięſibus ſepeliẽdi mos erat: oſtẽdit ſepulchra itẽ ipſa ad orientẽ poſita: inſculptaq; ipſis paganorum nomina: quod quidẽ ꝓprium Athenienſiũ fuit. aiunt pleriq; illũ exinde Homeri ſcripſiſſe catalogũ ab eo loco: ubi aiacẽ ex ſalamina duodecim duxiſſe naues ait.

Biſſenis ſalamine aiax cum nauibus ibat.
Cecropidum quo caſtra loco poſuere phalanges.

Ex eo iam tẽpore plæbis in ſe animos ita cõuerterat: ut ſibi illũ omnes percupide Regnare cuperent. eis uero ille in tãtum abfuit ut acquieſceret: ut auctore Soſicrate piſiſtratũ quoq; propinquũ ſuum: cum ſibi tyrannidem parare ĩtelligeret: quantũ in ſe fuit ꝓhibuerit. nam euocata contione ꝓfectus in publicũ lorica armatus & clypeo piſiſtrati inſidias & improbos conatus aperuit. Neq; id ſolũ uerũ & iuuare paratũ ac pro libertate ſeſe pugnaturum aſſeuerauit: Viri inquiens Athenienſes aliis quidẽ ſapientior: aliis uero fortior ſum. Sapientior eĩm illis ſum: q piſiſtratũ iſtũ non animaduertũt: fortiorq; his qui ſciũt illum quidẽ: ſed metu reticent. Senatus uero ꝙ ſtuderent piſiſtrato: ĩſanire illũ proclamabat: At ille meã inquit inſaniã ciuibus breui tempus oſtẽdet q piſiſtratidæ eſſẽt: cũ ueritas ĩ lucẽ uẽerit. Elegi autẽ ipſius de tyrãnide piſiſtrati ſunt hi.

Vis niuis & pelagi tempeſtas nube creatur.
  Horrendũ excutiũt ſydera clara ſonum.
Et cecidere uiris perſæpe potentibus urbes.
  Seruiuit ſoli neſcia plæbs domino.

Iam uero piſiſtrato rerũ potito minime obtẽperãs: ãte curiam arma depoſuit: dicẽs illud. O patria tibi equidẽ uerbo & opere auxiliatus ſum: ĩ ægyptũ nauigauit: atq; ĩde cyprium ꝓfectus: poſtremo ad crœſũ ꝑuenit: a quo ĩterrogatus qſ nam ſibi fœlix uideretur: Telus inqt athenienſis & cleobis: & Bito & cætera quæ ſũt in ore omniũ. Aiunt qdã Crœſum cũ ſe exquiſitiſſime omniũ ornamentorũ genere cõpoſuiſſet: ſublimiq; in ſolio ſederet: interrogaſſe eum an

pulchrius unq̃ ſpectaculũ uiderit:illũq; dixiſſe gallos gallinaceos:faſianos:atq; pauones. Naturali eĩm eos flore & ĩcredibili ſpecioſitate ueſtiri. A crœſo deĩde ĩ Ciliciã ꝑfectus urbẽ condidit:atq; ex ſuo nomine Solos appellauit: in qua paucos athenienſiũ ſtatuit:qui tractu tẽporis cũ patriã uocem corrupiſſent:ſolœcizare dicti ſũt:& appellabantur hi quidẽ Solenſes:qui Cyprii uero Solii. Cum uero piſiſtratũ ĩ Tyrãnide perſeuerare didiciſſet:iſta atheniẽſibus ſcripſit. Siquidẽ ꝑ ueſtram uæcordiã dira toleratis: nihil ĩ hac parte diis acceptũ referatis:ipſi enim horum uobis cauſa eſtis: q pignora ut duram ſeruitutẽ pateremini dediſtis:ueſtrũ uero unuſqſq; uulpis ueſtigiis ĩcedit:Omnibus aũt una leuis & ſtolida mẽs ẽ. Quippe uiri linguã ſermonẽq; uariũ & plenũ aſtutia & fallacia attẽditis:reꝝ exitũ cõſiderare neſcitis.

Triſtia commiſſæ luitis ſi præmia noxæ.
 Non uos in ſupos cõcitet ira deos.
Nanq; uiros auxit ueſtri cuſtodia quondam.
 Subdita qui nobis ſub iuga colla premũt.
Nam quiuis ueſtrũ ſequitur ueſtigia uulpis.
 Mens ſtulta eſt uobis omnibus atq; leuis.
Linguam & enim aſpicitis hominũ diuerſaq; uerba:
 Quod faciũt ſed nõ cernere uultis opus.

Hæc ille. piſiſtratus autem cum illius fugam didiciſſet: ſic ad eum ſcripſit.

Piſiſtratus Soloni ſalutem.

NEq; ſolus græcorũ tyrãnidẽ arripui:neq; mihi rem alienã uſurpaui. Quippe genus a Cecrope duco: id enim mihi meo iure uẽdico: quod athenienſes olim cũ iureiurãdo firmaſſent:codro illiuſq; gẽti præbituros:poſtmodũ abſtulerãt. Cæterũ in deos uel ĩ hoĩes nihil alias pecco. leges quas ipſe athenienſibus dediſti:ſeruari atq; ſecundum eas uiuere iubeo. Et quidẽ melius ſeruãtur q̃

poſſēt:ſi multitudĩis ĩperio res ageretur:pmitto.n.neminē iniuriā inferre:ac Tyrannus ego præter dignitatem & hono rem nihil a plæbe differo:ſolis eis ſtipendiis contētus quæ iis quoq; qui āte me regnarūt debebātur. Deniq; Athenien ſium ſinguli decimas frugū ſuarum ſeperant:non in uſus noſtros conſumendas:uerū ſacrificiis publicis cōmodiſq; cōmunibus & ſi quando bellū cōtra nos emerſerit ĩ ſūptus deputandas:tibi equidē nihil ſuccenſeo ꝙ mentem meam conſiliūq; detexeris: quippe id potius beniuolētia Ciuitatis q̃ mei odio detexiſti: ac præterea ꝙ ignorares cuiuſmodi ego Rex futurus eſſem:qui iuſti rectiq; tenax abſ te factū ſcio: id enim ſi didiciſſes æquo aĩo & conatus meos forte to leraſſes:& te fugæ haudquaquam commiſiſſes. Redi igitur domū plena fide mihi et ĩiurato credēs nihil ĩgratū paſſurū a piſiſtrato Solonē. Hoſti eĩm neminē etiā ex inimicorū nu mero mali quippiā a me ppeſſū. Deniq; ſi placuerit frui no ſtra amicitia:inter primos eris. Nihil enim in te fraudis infi delitatiſq; conſpicio. ꝙ ſi aliter habitare athenis nolue ris pro arbitrio tuo id facies tātum ne noſtri gratia patria excideris. Vale. Hæc Piſiſtratus. Solon autē hūanæ uitæ ter minū. lxx. annos eſſe ait. Videtur autē id præclare ſtatuiſſe ſi quis parētes nō enutrierit:is ignobilis & obſcurus eſto: ſi militer & qui patrimonii uerſurā fecerit:is item ſectatum ociū ōibus accuſare uolētibus obnoxius eſto. Porro Lyſias in oratione quā cōtra Niciā ſcripſit Draconem aſſerit eam ſcripſiſſe legē:Solonemq; tuliſſe:eū itē q nequitiæ ac flagi tiis inſignis eſſet tribunali publiciſq; ſuggeſtis arcendū ſta tui. Athletaꝝ quoq; præmia caſtigata moderatiōe correxit: & ei quidē qui ĩ olympia uiciſſet quingētas dragmas: q ue ro in iſthmia ei dari centū conſtituit:eademq; ratione ĩ cer taminibus cæteris. Eſſe enim incongruum huiuſmodi ho nores modum deſiderare. ſolūmodo eos qui ĩ præliis occu buiſſent præmiis eſſe illuſtrādos:quorū filios publice nu triendos erudiendoſq; præcepit. Quo ſane animati ſinguli

fortiter ac ſtrenue ĩ bellis dimicabãt: ſic polyzelus: ſic cynægirus: ſic callimachus: ſic omnes qui in Marathonis expeditiõe pugnauerũt: ſic præterea Armodius: Ariſtogiton: Miltiades: innumerabileſq; alii: Hi uero dum exercentur nimium præcioſi ſũptuoſiq; athletæ: Et dum uĩcũt reipu. detrimento ſunt: & cõtra patriam magis q̃ aduerſus prouocatores coronãtur: ac iuxta Euripidem cũ ſenuerint palliis conſũptis perit trama. Id præuidẽs Solon eos modice accepit: præclare & illud ſtatuit: curatorẽ cũ pupillorũ matre nõ inhabitare: cauitq; ne is fieret curator: ad quẽ poſt pupillorũ obitum ſubſtãtia ſpectaret. Illud itẽ nõ licere anulario: uẽditi anuli ſeruare ſigillũ: & qui alteri unũ oculum eruerit ei ambos erui debere: & quæ nõ poſuiſti: ne tollas. ſi qs ſecus faxit capitale eſto. principẽ ſi ebrius deprehẽſus eſſet morte mulctandũ. Homeri poemata ut ordĩe reſarcirẽtur ſcripſit ut eẽt uerſuũ ſenſuũq; conſequentia. Magis ergo Solon q̃ piſiſtratus homerũ illuſtrauit: ut ĩ quinto Megaricorũ dieuchidas ait. primus añt trigeſimã diẽ mẽſis ενην καὶ νέαν appellauit: nouemq; principũ numerũ ad ſentẽtias dicendas prior inſtituit: ut Apollodorus ĩ ſecundo de legiſlatoribus refert. Seditione autẽ inter urbanos agreſteſq; ac maritimoſq; exorta neutrarũ ſe partiũ fecit. Aiebat ſermonẽ eẽ effigiẽ operis: Regẽ: qui eſſet fortiſſimus uiribus. leges aranearum telis dicebat eẽ ſimillimas. illis quippe ſi quid leue & imbecillũ inciderit: inuolui ab eis atq; contegi. Si qd maius aut grauius perrũpi ac perire. Sermonẽ qdẽ ſilẽtio. ſilentiũ uero tẽpore ſignari dicebat. Qui apud tyrãnos poſſent: eos calculis quibus in cõponendis rationibus utimur comparare cõſueuerat: ut enim illi interdũ maiorẽ numerũ interdũ minorẽ ſignificant: ita & Tyrannos horum quenq; prout libitũ fuerit: aliquãdo illuſtrẽ & inclytum: aliquãdo obſcurum habere & ignobilẽ. Interrogatus cuius rei gratia cõtra parricidã legem nõ tuliſſet: ꝙ deſperaſſet ait hoc ſcelus: quo pacto item hoĩes minime humana iura uiolarent:

ſi ſic doleant & afficiantur ꝗ iniuriis nõ laceſſuntur: ut qui laceſſũtur: ſatietatem ex diuitiis naſci: & ex ſatietate contumelias gigni. Atheniẽſes uero ut dies ſecũdum lunæ curſũ agerent monuit: Theſpim tragœdias docere ꝓhibuit ĩutilem eas falſiloquentiã uocans: ubi ergo ſeipſũ piſiſtrattus conſternauit: inde ait iſta pullularũt: Sũt autẽ eius monita quibus cõſulere ſolebat hominibus: ut ait apollodorus in libro de philoſophoꝝ ſectis huiuſmodi: uirtutẽ atq; ꝓbitatẽ iuramẽto fideliorẽ cenſe: mentiri noli: præclara ſtudioſe meditare: amicos cito noli acquirere: Quos autẽ acquiſieris reprobare caue. Tunc rege cum primũ didiceris regi: conſule nõ quæ ſuauiſſima: ſed quæ ſũt optima: animũ ac rationẽ ducẽ ſequere. Noli malis congredi. deos honora: parẽtes reuerere. Fertur et mimnermũ ĩcrepaſſe cũ ſcripſerit. lx: ãnũ fatalem eſſe: monuiſſeq; ut octogeſimum ſcriberet.

Sexdenos poſſunt annos deprendere fata.
  Et morbi curæ ſint procul atq; graues
At mihi ſi quiſq̃ ſit par hũc tolle tuiq;
  Si dixi ſimilem ſit procul inuidia.
Aſſereq; huc uicos huc te iuuet edere cantus:
  Octoginta annos prendere fata queunt.

Sunt itẽ quæ metro celebrãtur eius præcepta ĩ hũc ſẽſum.

  Ne forte qui tegant quod intus habebunt.
  Dum uoce te loquuntur ac tenent blanda
  Odium. memento ſingulos probe ſeruas
  Ne lingua duplex ex atra ſonet mente.

Caute ſigulos obſerua: ne forte odiũ ĩ corde tegant dũ blãda et arridẽti facie te alloquũtur. Duplexq; illis lĩgua atra ex mente ſonet: conſtat eũ ſcripſiſſe leges: conciones quoq; et ĩ ſe ipſũ monita elegia. De Salamina itẽ atheniẽſiumq; rep. ad quĩq; milia uerſuũ Iambos quoq; et Epodos: porro ipſius imagini ĩ hũc ſẽſũ Epigramma ſcriptũ ẽ.

Quæ dudũ rabidas medorũ propulit iras.
  Legiferũ Solona pulchra tenet Salamis.

floruit maxime circa quadrageſimam & ſextam olympiadem: cuius tertio anno princeps Athenienſium fuit: ut ait Soſicrates: quo etiam tẽpore leges eis dedit. Obiit autẽ ĩ cypro ætatis ſuæ anno octogeſimo: hoc ſuis mandãs ut ſalaminã eius oſſa tranſferrẽt: atq; in cinerẽ ſoluta ꝑ ꝓuĩciam diſſeminarẽt. quocirca & cratinus ĩ deterioribus ipſũ ita loquentẽ facit. habito hãc ĩſulã: ut quidẽ fama ẽ hominũ ſeminatus ꝑ omnẽ aiacis urbẽ. Extat de illo & noſtrũ epigrãma ĩ epigrãmatũ libro: ubi & de ſapiẽtibus õibus & doctrina præſtantibus uiris omni genere metrorũ loquor.

Cypria defunctum cremauit flamma ſolonem.
  Sed diſperſa agris oſſa tenet Salamis.
Pulchre uexerunt animam ſuper æthera currus.
  Hic leges curas condidit ante leues.

Aiunt & hanc ipſius fuiſſe ſententiam. Nihil nimis: ipſum q; refert dioſcorides in cõmẽtariis: cum lacrhymaretur ac lugeret defunctum filium: Diceretur q; ſibi a quodam at nihil proficis: reſpõdiſſe at propter hoc ipſum illachrymor quia nihil proficio: feruntur & iſtæ illius epiſtolæ.

Solon periandro.

ſ SCribis tibi plurimos inſidiari. At tu ſiquidẽ ões e medio tuleris ne ſic quidẽ ꝓficies: inſidiabitur. n. tibi quiſpiã ex his & quos minime ſuſpectos habes: partim ſibi quidem metuens: partim te reprehẽdẽs ꝙ oĩa formides nihilq; nõ metuas: partim itẽ ciuitati gratificari cupiẽs. Eſſet ergo optimũ abſtinere Tyrannide: ut cauſas omnis metus euaderes: ꝙ ſi tyrannidi inſiſtendũ cẽſes compares neceſſe ẽ tibi externas uires: & peregrina auxilia urbanis uiribus maiora: ut iam tibi nullus ĩfeſtus ſit: & tu neminem extorrem agas. Vale.

Solon epimenidi.

Pimus

n NEq; leges meæ profecto Athenienſibus profuturæ multum erant: neq; tu eis antiquatis ciuitati ulli fuiſti emolumento. Deus enim ac latores legum non ſoli iuuare ciuitates poſſunt: ſed qui multitudinem agunt in quancũq; ſentẽtiam uolunt. Hi enim ſi recte rem adminiſtrent: deus ac leges utiles ſunt: ſin autem male: nihil proſunt: neq; ſane meæ leges ac iura quæ ſcripſi quicꝗ profuerunt: ſed qui illas tranſgreſſi ſũt magna reip. ĩuexere detrimenta: qui piſiſtrato ne tyrannidem inuaderet nõ obſtiterunt: neq; uero futura prædicenti mihi fides habebatur. Illeq; fidelior eſtimabatur atheniẽſibus blandiens ꝗ ego uera proloquens. Poſitis igitur armis pro curia his quidem qui piſiſtratum geſtire tyrannidem nõ animaduerterunt: ſapientiorem: eis uero qui libertatẽ reip. aſſerere metuerent fortiorem eſſe me dixi. Qui tamẽ Solonis ueſaniã reprehendebant: tandem ita patriam cõteſtatus exceſſi. O patria hic quidem Solon tibi opem ferre & facto & dicto ꝓmptus & paratuſ ẽ. Cæterũ hiſce & ĩſanire uideor: itaq; te deſerta ꝓficiſcor ſolus ex omnibus piſiſtrati inimicus. Iſti quippe illi & fauere & obſequi parati ſunt. Noſti enim ꝑfecto hominẽ amice quanto ille aſtu: quo ingenio: qua arte tyrannidem ĩuaſerit. nam cæpit quidem blande plæbem illicere: deinde ſibi etiam uulnera inflixit: ac progreſſus in publicum: eaq; ſe ab hoſtibus accepiſſe uociferãs orabat ꝗdringentos robuſtiſſimos iuuenes ſibi cuſtodes darent. At illi me quidem reluctante & reclamante uiros præbuerũt. Erant autem hi armati ualidis fuſtibus. his itaq; ſtipatus ſtatũ reip. euertit: dumq; illi ſpe ĩani pauperes ne ſub mercede ſeruirent ſe liberare ſtudent: omnes una ſub iugũ miſſi ſunt: uniq; ſeruiunt piſiſtrato.

Solon piſiſtrato.

c CRedo equidẽ nihil me abſ te paſſurum mali: nã

ante tyrannidem tibi amicus eram: ne nunc quidē magis infenſus q̃ alius quilibet Athenienſiū: qui tyrannidem nō ament: ſiue autem unius imperio regi: ſiue publice rem adminiſtrari illis utilius ſit: ex ſua quiſq; ſētētia ſtatuat. Certe tyrānorum te omnium eſſe præſtantiſſimū fateor. Athenas autem redire mihi utile non eſſe cognoſco. ne quis me iuſte reprehendat: ſi qui Athenienſibus dudū rem publicā ex æquo adminiſtrandam tradideram. præſenſq; oblatam mihi tyrannidem ſponte declinauerā: modo rediens factū tuū ſubita pœnitētia probare uidear.

Solon Crœſo.

a AMplector mirifice tuam in nos beniuolentiam: & per deos immortales niſi apud me iampridem ſtatuiſſem ibi ſedem habere: ubi reſp. ſit libera: mallem apud te in tuo regno uitam: q̃ athenis ducere: uiolenter tyrannidem exercente piſiſtrato. uerum gratius illic ex inſtituto noſtro uiuimus: ubi ſunt omnibus æqua & communia iura. ueniam tamen ad te: ut tuo uel hoſpitio tantiſper fruar.

Chilo lacedæmonius. 6

c CHilo lacedæmonius patre Damageto fuit. Hic ſcripſit elegiam uerſus ferme ad ducentos. dicebat autem futurorū prouidentiā ratione cōprehendi poſſe pro uirtute uiri. Indignāti fratri ꝙ Ephorus ipſe non fieret cū ille fuiſſet. ego inquit pati iniurias ſcio: nō tu: fuit autem Ephorus circa quinquageſimā & quintā olympiadem. Porro pamphila circa ſextam ait: Primūq; ephorum fuiſſe ſub euthydemo auctore Soſicrate. primūq; inſtituiſſe ut ephori regibus adiungerētur. Satyrus lycurgū dixit. Hic ut herodotus in primo hiſtoriarū libro refert. Hippo-

crati in olympia ſacrificāti cū feruere abſq; ignis adminicu-
lo lebeteſ cepiſſent: cōſuluit aut pſiſtere celibē: uel ſi duxiſ-
ſet uxorē dimitteret: filioſq; necaret. fertur & æſopū īterro-
gaſſe qdnā faceret iuppiter: illūq; reſpōdiſſe excelſa hūili-
at: & humilia extollit. Rogatus quo differūt periti ab īperi-
tis: bona īquit ſpe. quid ſit difficile: arcana īquit reticere: &
ociū recte diſponere: īiuriaſq; tolerare poſſe. præcipiebat &
hæc linguā ſēp quidē ſed ī cōuiuio præſertī cōtinēdā: pxīo
nō maledicendū: alioquī audituros quæ nos mœrore cōfi-
ciant. Nemini intentādas minas: eſſe enim muliebre: prō-
ptius ad amicoꝝ aduerſos caſus q̄ ad ſecūdos ſucceſſus ac-
currendū. uxorē humilē apparatu modico ducendā: mor-
tuo nō maledicendū: honorandā ſenectutē: obſeruandum
ſeipſū: damnū potius q̄ turpe lucrū eligendum. id quippe
ſemel tantū angere: hoc ſemper: elato ſecūdis rebus nō ar-
ridendū. fortem māſuetum eſſe oportere: ut proximi non
tam metuāt: q̄ reuereātur. Diſcendū domui ſuæ rite præeē:
linguā præire animo nō permittēdam: ſuperandā iracūdiā:
diuinationē nō execrādam: impoſſibilia nō appetēda: ī uia
non feſtinandum: interloquendum non agitandam ma-
num: eſſe enim uæcordium: obtemperādum legibus: quie-
tem adamandam: inter cæteras eius ſentētias hæc maxime
placuit qua dixerat lapideis cotibus aurū examinari: & da-
re apertum ſui documentum. Auro autem bonorum ma-
lorumq; hominum mentem cuiuſmodi ſit cōprobari: Aiūt
illū cum iam eſſet uetulus dixiſſe ſibi nihil eſſe conſcium ī
tota uita ingrate feciſſe: una tamē re ſe modice moueri: ꝙ
cum ſemel inter amicos illi iudicādum eſſet: neq; cōtra ius
agere aliquid uellet: pſuaſerit amico iudiciū a ſe ꝓuocare:
ut ſic utrunq;: legē ſcilicet amicūq; ſeruaret. maxima gloria
præcipue apud græcos fuit ꝙ de Cytheris īſula laconiæ præ-
dixerit. Nam cū illius naturā ſitumq; didiciſſet utinā īquit
hæc nūq̄ fuiſſet: aut certe ſimulac uiſa eſt ſubmerſa eſſet:
præclare ſane ac rite præuidit. Demaratus eīm lacedæmone

fugiēs xerxi conſuluerat in ea inſula naues continere: & ꝑfecto ī ditionē hoſtium ueniſſet græcia ſi id regi ꝑſuaſiſſet. Poſtmodū uero Nicias bello pelopenneſiaco euerſa īſula: præſidiū illic athenienſiū ſtatuit: lacedæmonioſq; multis cladibuſ afflixit: erat in loquendo breuis: atq; ob eam rem Ariſtagoras mileſius hunc loquendi morem Chiloniū appellat. Senuerat iam circa quinquageſimā & primā olympiadem quo tempore uigebat Aeſopus orator. Obiit autē ut Hermippus ait piſæ: amplexus atq; oſculatus filiū ꝙ in olympia fuiſſet coronatus. Defunctū aſſerūt in modica lætitia: & ſenii imbecilitate. Ipſiq; omnes qui ad celebritatem cōuenerāt honorificētiſſime iuſta perſoluerūt: eſt & in hūc noſtrum epigramma.

Phoſfore reddatur polux tibi gratia: ꝙ fert
  Chilonis natus tēpora cincta pugil.
Serta uidens nati genitor ſi gaudia ſūmat.
  Non mihi ſic talis mors odioſa foret.

Ipſius item imagini inſcriptum elogium primum ex ſeptē ſapientibus claruiſſe ſapientia teſtatur. Eius eſt ea ſententiola ſponſioni non deeſſe iacturam: Breuis quoq; epiſtola ipſius fertur huiuſmodi.

Chilo periandro ſalutem.

i IVbes uti militia uacem: extorriſq; agam: quaſi tu in tuto futurus ſis: atqui ego monarchæ uiro nec ſua tuta eſſe puto: fœlicemq; eū tyrannū cenſeo cui in ſua domo abſq; ſanguine contigerit mori.

Pittacus mitylenæus. 7

p PIttacus mitylenæus hyrradio patre quem Thraca fuiſſe duris auctor eſt: hic una cum Alcæi fratribus Melanchrum leſbi tyrannum profligauit: Et cum de agri Achillitidis poſſeſſione inter Athenienſes & mitylenæos armis decerneretur: Imperator ipſe exercitus cū

phrinone athenienſium duce qui & pancratiaſtes & olym-
pionices fuerat ſingulari certamine pugnare inſtituit. Ræte
igitur clypeo tegens phrynonem eo dum nō cauet īuoluit:
ipſoq; perempto agrum ſeruauit. poſtmodum uero athe-
nienſes diſceptaſſe cum mitylenæis de poſſeſſione agri: i-
pſumq; a Periandro cōtrouerſiæ iudice athenienſibus ad-
iudicatum tradit Apollodorus in Chronicis: tūc igitur pit-
tacum in ſummo honore mitylenenſes habuere: eiq; prin-
cipatum tradiderunt: quem ille cum decem annis tenuiſſet
& remp. præclaris ordinibus conſtituiſſet: ſeipſum ſponte
magiſtratu abdicauit. Decem inde alios ſuperuixit annos:
agrumq; ſibi a mytilenæis traditum ſacrauit: qui nunc pit-
tacus dicitur. Porro ſoſicrates partē ipſius abſcidiſſe: dimi-
diumq; plus toto dixiſſe teſtatur. Sed & crœſo pecunias ad
ſe mittente ſuſcipere noluit duplo plura q̄ uellet ſe habere
conteſtans. Defuncto enim fratre ſine liberis hæreditatem
ad ſe pertinere. Pamphila autem in ſecundo cōmentarioꝝ
tyrrhæum refert ipſius filium cū ſederet in tonſtrina cu-
mis: iniecta ſecuri ab ærario fuiſſe necatum. A cumanis ue-
ro uinctum homicidam ad pittacū miſſum: atq; ab eo pœ-
na fuiſſe abſolutū dicēte cum rem cognouiſſet indulgentiā
pœnitētie eſſe præferendā. Heraclitus autem Alcæū aſſerit
habuiſſe captiuū: liberumq; dimiſiſſe: ueniamq; ſupplicio
meliorē dixiſſe. ebrios cum peccarēt duplici incōmodo affi-
ciēdos per leges ſtatuit ut cauerent temulentiam: abundat
quippe uino īſula. Ferūrur eius iſtæ ſentētiæ. Perdifficile ē
bonū eſſe: cuius uerſiculi & ſimonides meminit: Plato itē ī
protagora: neceſſitati nec deos reluctari: principatū uiros
declarare: interrogatus aliquādo quid eſſet optimū? quod
impreſentiarum inquit occurrit bene agere. A crœſo item
rogatus quodnam eſſet maximum imperium? ligni inquit
uarii legē ſcilicet ſignās. Dicebat autem & uictorias ſine ſā-
guine acquiri: Phocaico item dicenti quærendum eſſe ſtu-
dioſum ac frugi uirum: etiam ſi ualde inquit quæſieris nō

inuenies. Percuntãtibus quidnam eſſet gratificũ? tempus ait: quid obſcurũ? futurorũ euẽtus ĩquit: quid fidele? terra: quid contra infidum? mare ĩquit. Dicebat prudẽtiũ uirorũ eſſe: prius q̃ aduerſa cõtĩgãt: ꝓuidere ne ueniant: fortium uero cũ illa contigerint: æquo animo ferre. Quod ĩquit facere intendis noli prædicare: nam ſi facere nequiueris: rideberis. infælicitatem nemini improperaueris: ne iuſte querimoniæ pateas. Depoſitũ cum acceperis: redde. Amico noli maledicere: ne inimico quidẽ: pietatẽ colas: frugi eſto: pudicitiam ama: ueritati ſtude: fidẽ: peritiã: dexteritatẽ: ſodalitium diligentiãq; cuſtodi. Quæ uero cecinit: maxime ꝓbantur: Hæc ſũt ſumpto arcu & iaculis ſagittiferaq; pharetra impetendũ hominẽ nequaquã: Nam fidũ nihil lingua loqui præualet: dũ cordi duplex alte inſedit ſenſus. fecit item ad ſexcentos elegios uerſus & carptim de legibus ad ciues. floruit maxime circa. xlii. olympiadẽ: mortuus ẽ autem ſub Ariſtomene tertio anno. li. Olympiadis: cũ uixiſſet annos pluſq̃. lxx. ſenio cõfectus: ſepultumq; in leſbo mauſoleo ipſius inſcriptum epigramma ſignat.

Condidit hoc tumulo lachrymis te pittace leſbos.
  Sacra ſuis obitu languida facta tuo.

Eſt eius illa ſentẽtiola tempus noſce: fuit & alter pittacus legifer: cuius & fauorinius in primo commentariorum: & demetrius in æquiuocis meminit qui & minor appellatus eſt. Fertur autem ſapiens ille cum ab atarnete aduleſcente compelleretur ut moneret utra ſibi ducenda eſſet uxor: duas quippe ſe expetere: alteram quidem opibus ſibi et genere parem: alteram utraq; in re excellentem: bacillo ſenum adminiculo elato admonuiſſe: pergeret ad triuium ciuitatis: quo ludendi cauſa pueri conueniunt: eoſq; conſuleret quid facto opus eſſet: ſequereturq; illorum monita. Sicq; factum eſſe: Aduleſcẽtemq; illum puerorum uocibus admonitũ æqualem ſibi duxiſſe: id factum callimachus ĩ epigrammatibus uenuſtiſſime ſcribit.

Hoſpes atarnites rogitauit pittacon olim.
Sic mytilenæum hyrradioq; ſatum.
Magne ſenex geminæ cupiunt mihi nubere. quarum
Et genere atq; opibus cõuenit una mihi
Altera præcellit: quid præſtat conſule dicq;
Vtra ex his potius ſit capienda mihi.
Hic baculum tollens ſic tela ſenilia dixit.
Conſiliũ pueri quod petis expedient.
Quis celer in gyrum iactatus uerbere turbo
Aſſiduo latis uertitur in triuiis.
I ſequere illorum moritur ſic fatur ut ille
Scitatur. referunt tu tibi ſumme parem.
Quæ poſtq̃ audiuit monitis puerilibus hærens.
A magnis hoſpes abſtinuit thalamis
Atq; parẽ paruas lætus traduxit in ædes.
Sic dion æqualem ſi ſapis ipſe cape.

Dionemq; indẽ admonet facere: parem ſcilicet eligere: uidetur autem ex affectu iſta dixiſſe. Quippe nobiliorem ipſe duxerat Draconis ſcilicet penthili filii ſororem quæ illi immodice ſuperba erat. Hũc alcæus Sarpodem & ſarapum uocat ꝙ latos pedes traheret: cheropadem autem ꝙ uulnera in pedibus haberet: quæ chœrades appellantur. gabricũ ꝙ fruſtra intumeſceret: phyſconem uero & gaſtronem ꝙ pingui eſſet aqualiculo: zophodorpiden quoq; ꝙ obtuſam haberet oculorum aciem. Agaſyrtum uero ꝙ obtrectatoribus pateret & ſordidus eſſet: Huic exercitiũ fuit molendi tritici: ut Clearchus philoſophus teſtatur. eſt aũt eius breuis epiſtola huiuſmõi: Pittacus Crœſo . Iubes me in Lydiã uenire inſpectaturũ opes tuas. Ego & ſi illas minime aſpexi: nihil ambigo Alyattis filiũ regũ omniũ eẽ opulentiſſimum auroq; refertiſſimum: neq; uero amplius qc q̃ habituri ſumus: ſi ſardis ad te acceſſerimus. Auro enim ipſi nõ indigemus contenti modico uitæ ſtipendio: q̃tum ſatis ſit mihi & amicis. Veniam tamen ut tibi perhumano

& hoſpitali uiro familiaris efficiar. Vale.

Bias prienæus.

b B Ianti prienæo pater fuit Teutamus: hunc Satyrus ſepté reliquis prætulit: fuiſſe opulentum pleriq; autumant. Duris aduenam fuiſſe teſtatur. Phanodicus uero captiuas eũ puellas r̃dimiſſe meſſenias: ſibiq; in filias nutriſſe: ac poſtmodũ adiectis dotibus meſſenam parétibus illas remiſiſſe. Breui poſttépore inuento ut diximus a piſcatoribus aureo tripode: cui erat inſcriptũ ſapiẽti: Satyrus quidé puellas: alii uero ex quibus phanodicus ẽ: illarũ patré ĩ cõcioné ueniſſe ait: Biantéq; expoſitis quæ ĩ ſe egiſſet appellaſſe ſapienté: ſicq; tripoda ad eũ miſſũ eo cõſpecto dixiſſe biãté Apolliné eẽ ſapiẽté: neq; illũ admiſiſſe: alii thebis herculi ſacraſſe referũt ꝙ eſſet priene thebanoꝝ colõia phanodico idipſũ aſſeréte. Fertur cũ ab Alyatte priene ipſius patria obſideretur: Bianté ex induſtria duos ſaginaſſe mulos: eoſq; in caſtra impuliſſe: eis cõſpectis obſtupuiſſe regé: ꝙ bruta quoq; animalia largas obſeſſorũ copias præferrét: ac de ſoluéda obſidiõe cogitãté explorãdi gr̃a nũciũ ĩ urbé dimiſiſſe: Biãté cõſilio regis explorato magnoſ arenæ aceruos tritico operuiſſe hominiq; oſtédiſſe: eo agnito regé cũ prienenſibus pacé percuſſiſſe: ex cõtinenti regem Bianti ut ad ſe pgeret mandaſſe: illumq; dixiſſe: equidem rex cæpas edere æq; ac flere iubeo. Fertur & in cauſis orãdis ſũmus atq; acutiſſimus fuiſſe. Bonã tamen in partem dicédi uim exercere ſolitum: Idq; demodicum alerium ſignificaſſe: cum diceret: Oratori prienæam cauſam eſſe imitandam Hipponactemq; ſimiliter: qui dum laudare quépiam ſũmæ ĩtegritatis uellet: eũ biãte priẽſe ait cauſas egiſſe præſtãtius: moritur & ipſe in hũc modũ. cauſam ꝓ amico dixerat iã uetulus: & cũ a dicẽdi labore qeuiſſet: caput ĩſinibus nepotis filii .ſ. filiæ feſſus reclinauit. Cũ uero aduerſarius

item peroraſſet: iudiceſq; ſentẽtiã ꝓ eo dixiſſent: qui cauſæ ſuæ Biantẽ habuerat patronũ: ſoluto iudicio: Nepotis in gremio efflauiſſe animã compertus ẽ: ipſumq; magnifice ſepeliuit Ciuitas: atq; eius laudes tumulo inſcripſit.

Petra prienæũ tegit hic cõmiſſa biantem
  Ornamentũ ingens qui fuit ioniis.

Eſt & noſtrum.

Petra bianta tegit ſtygias cyllenius undas.
  Quem duxit niueũ tempora canicie.
Perpetuam noctem pueri dormiuit in ulnis.
  Dixerat ut ſocii credita iura ſibi.

Scripſit autẽ de Ionia ad duo milia uerſus: quo ſcilicet modo fœlix eſſe poſſet: placuerũt eius iſtæ imprimis ſentẽtiæ: Ciuibus placere omnibus ſtude. Habet enim id multum gratiæ: Contra uero faſtus ac ſuperbia ſemper nocuit: & illud corpore quidem eſſe ualidum naturæ munus eſt. Porro quæ utilia ſint patriæ dicere animi ac prudẽtiæ propriũ: pecuniarum autem copiam plurimis etiã forte obueniſſe: infœlicẽ dicebat qui ferre nequiret infœlicitatem. Morbũq; animæ impoſſibilia amare & appetere: & aliena incommoda nõ meminiſſe. interrogatus quidnam eſſet difficile? ferre inquit fortiter mutationem in deterius rerũ. nauigabat cum impiis aliquãdo: & cũ tota tẽpeſtate nauis quateretur fluctibus: illiq; deos inuocarẽt: ſilete inquit ne uos hinc illi nauigare ſentiant. percũtanti impio homini qd pietas? nihil reſpondit: cũq; ille ſilentii cauſam ſciſcitaretur: quia inquit de rebus nihil ad te pertinẽtibus quæris. rogatus quid eſſet dulce hominibus? ſpes ait. Malle ſe inter inimicos: q̃ inter amicos iudicare dicebat: Quippe ex amicis alterũ prorſus futurũ inimicum: ex inimicis autem alterũ amicũ. forte interrogatus quidnã faciens homo delectaretur? lucrans inquit: dicebat uitæ tẽpus ita metiendũ: quaſi & diu & parũ uicturi ſimus: ita amãdũ: quaſi odio ſimus habituri: maloſ .n. eẽ quãplurimos. Sic autẽ conſulebat: Quodcunq; agere

liber

inſtituis:cunctabūdus ac deliberabundus arripe:Cæterū in eo quod elegeris firmiter perſiſte.noli cito loqui:ē enim inſaniæ iudiciū:prudentiā dilige.De diis ita ut ſunt loquere: Indignū hominē diuitiarum gratia laudare noli:perſuadēſ accipe nō cogēs.Quodcūq; bōi egeris ad Deos refer:uiaticū tibi ab adoleſcētia ad ſenectutē ſapientiam compara:ea quippe ſola eſt certa ueraq; poſſeſſio. meminit Biantis ut diximus etiam Hipponax: & ingratus Heraclitus ipſum præcipue commendat his uerbis.priene oppidum Biātem tulit Teutami filiū:cuius eſt opinio illuſtrior q̄ cæterorū: Et prienæi ſacellū ipſi dedicarūt: quod teutonium dicitur. eius eſt ſententia plures mali ſunt.

Cleobulus. 9

c CLeobulus Euagoræ filius ex lindo ſiue ut duris auctor ē ex caria fuit:eius genus pleriq; ad herculem referūt: Corporis uiribus ac ſpecie fuiſſe inſignē:ægyptūq; percipiendæ philoſophiæ gratia petiiſſe tradunt.Natamq; illi filiā Cleobulinā hexametrorū enigmatum uatem:Cuius & Cratinus meminit in eiuſdē nominis poemate plurali inſcribēs numero:ſed & mineruæ phanū a danao conſtructū illum īſtauraſſe aiunt.Scripſit autē carmina obſcuraſq; ſentētias ad tria milia uerſuū. Midæ quoq; mauſoleo inſcriptū Epigramma ab eo factū:nō deſunt qui ſentiant ærea ſum uirgo & cætera.

Aenea uirgo midæ celebri ſum nixa ſepulchro.
Alluit unda fluens & plurima germinat arbos.
Phœbus at exoriens & ſplendida luna refulget.
Flumina labūtur placidæ de montibus undæ
Littora commiſcent. defleto hic marmore multū
Fulcta midā moneo qui præterit eſſe ſepultum.

Innitūtur autē Simonidis teſtimonio: qui uituperare uidetur cur tātas laudes in eius ſtatuā tanto uerborū ſtrepitu

congeſſerit:ut eam indeficientibus omnibus uernis flori-
bus:ſoliſq; flammis:& auræ lunæ & æquoreis undis cõpa-
rauerit:ipſumq; Cleobulũ apte fatuũ appellabat.

Quis lindium cleobulon efferret laudans?
Fluminibus & uernis roſis obicientem
Flammæq; ſolis aureæq; lunæ
Mariſq; uorticibus colũnas & robur
Infra ſunt quoniã cuncta cæleſtes diuos.
Lapides enim mortalium manus frangunt.
Hoc nempe conſiliũ uiri eſt parum ſani.

Vnde conſtat Homeri illud non eſſe:qui multis annis Mi-
dam præceſſit ut aiunt. fertur in cõmentariis pamphilæ i-
pſius huiuſmodi enigma.

Eſt unus genitor nati bona pignora bis ſex.
Triginta cuiuis natæ ſed diſpare forma.
Hæ niueæ aſpectu nigræq; coloribus illæ:
Atq; immortales omnes moriuntur ad unam.

Vnus pater ẽ:iſq; duodecim filios habet:eoꝝ ſingulis.xxx.
ſunt filiæ:pulchra ſpecie & uaria:aliæ nanq; ſunt cãdidæ:
aliæ nigræ:ĩmortales uero ſũt:& moriũtur õnes:eſt autem
annus.ſũt & iſtæ ex ſentẽtiis illius celebres : imperitia ĩ ho-
minibus maiori ex parte dominatur:& multitudo uerboꝝ.
Sed tempus ſufficiet:ſentire atq; ſapere illuſtre aliquid &
inclytum ſtude inanis.Et ingratus ne ſis: filias nuptui lo-
cari oportere ætate uirgines.Sed prudentia & ſenſu mulie-
res:docens per id uirgines quoq; erudiendas eſſe. dicebat
amicos beneficiis fouendos ut amiciores ſint: inimicos au-
tem amicos faciendos. Cauendam enim uituperationem
amicorum: inſidiaſq; inimicorum fugiendas. Illud item
anteq̃ domo quis exeat:quid acturus ſit apud ſe pertra-
ctet.Rurſus cum redierit:quid egerit recogitet: conſulebat
q; corpus rite exercendum: audiendi magis q̃ loquendi
ſtudioſum eſſe oportere:intentum ſtudiis potius q̃ im-
peritum: linguam habere laudabilem:proprium uirtutis

eſſe alienũ a uitio:iniuſtitiã fugere:ciuitati ea cõſulẽda quæ ſũt optima:uoluptatẽ frenandã:ui nihil agendũ: erudiendos liberos:inimicitias ſoluẽdas:cũ muliere neq; blandiciis agendũ:neq; præſẽtibus extraneis iurgandũ. Illud quippe uecordiã:iſtud ueſaniã ſignificare.famulũ uino hilarẽ non puniendũ:uideri enim id demẽtis eſſe:uxorem ſibi parem eligendã.Nam ſi clariorem te duxeris inquit: affines dños habebis:iurgãtibus nõ inſultandũ:inimicos quippe ex ea irriſione fieri:dum ſecũda fortuna arridet ſupbire noli.aduerſa perſtrepente noli frangi:fortunæ mutationes fortiter perferre diſce.obiit ſenex annorum .lxx. eiuſq; laudes tumulo inſcriptum epigramma continet.Scripſit & ipſe breuẽ epiſtolã Soloni ſic.Cleobulus Soloni. Amici quidem tibi ſunt permulti: ſinguliſq; domus eſt.uerum ego Soloni commodiſſimam fore ad inhabitandum lindum cenſeo ciuitatem ſcilicet liberam.Eſtq; inſula maritima ubi ſi morari uolueris nihil a piſiſtrato mali formidabis:atq; ad te amici undiq; confluent. Vale.

Periander.

PEriandro corinthio cypſelus pater fuit: ex heraclidarum gente:uxorem autem lyſidem duxit: quã ipſe Meliſſã appellabat: Proclei epidaurenſium Tyrãni:& Euriſtheneæ Ariſtocratis filiæ: ſororiſq; Ariſtodemi filiam:q ut ait Heraclides ponticus in libro de principatu totius ferme Arcadiæ dominabantur:duoſq; ex ea filios genuit Cypſelũ ſcilicet & lycophronẽ:alterũ ex his iuniorem prudentẽ:maiorẽ natu ſtolidũ.poſt aliquãtum tẽporis accenſus ira miſſã ſub gradibus prægnantem cõiugẽ calcibus percuſſit ac necauit:pelicũ obtemperando calumniis:quas tamen poſtmodum igne cremauit:puerũq; lycophrõa matri ploratu iuſta ſoluentẽ abdicauit:atq; ĩ corcyrã agi præcepit.iam uero uicinus ſenio illum ut ei Tyrãnidẽ

per manus daret: ad ſe arceſſiri iuſſit. Eius explorato cõſilio cercyrẽſes iuuenẽ interimerũt: hoc ille comperto furiis ſucceſus eorũ liberos ad alyattẽ abſcidendos miſit. Cum autẽ nauis appropĩquaſſet Samo: iunoni uota faciẽtes a Samiis ſeruati ſũt: quod ille ubi didicit mœrore cõfectus exceſſit e uita annos natus ferme. lxxx. Soſicrates eũ ante Crœſum obiſſe diẽ aſſerit. lx. & uno annis ante quadrageſimã & nonam olympiadẽ. Hunc herodotus ĩ primo hiſtoriarꝶ Thraſybuli mileſiorum tyranni hoſpitem fuiſſe ait. Ariſtippus autem in primo de antiquis delitiis libro hæc de illo refert: matrẽ eius crateã illius amore feruentem et clam congredi ſolitã: illo nõ inuito tantoq; flagitio acquieſcẽte: quod ubi agnitum eſt: dolens ſe fuiſſe deprehenſũ: grauius iam ciuibus inſtabat. Porro Euphorus ĩ hiſtoria uouiſſe illũ tradit: ſi olympia quadriga uiciſſet: aureã ſtatuã deo ſacraturꝶ: uictoria uero potitũ & auri ĩopẽ quadã celebritate populari mulieribus ꝓcedẽtibus ornatis: mũdũ ademiſſe muliebrẽ atq; ita donariũ miſiſſe aſſerũt: illũ cũ ſepulchrũ ſuũ ignorari uellet: tale quippiã molitũ: duobus iuuenibus uiã quãdã oſtẽdiſſe: ac iuſſiſſe noctu per illã ĩcederẽt: eũq; q prior occurriſſet ĩterimerẽt ac ſepelirẽt: poſtq; illos quatuor alios miſiſſe: q eos necarẽt ac ſepulturæ traderẽt. Rurſus cõtra eos miſiſſe plures: itidẽq; ut facerent imperaſſe. ſicq; ipſum primis obuiũ occiſum eẽ: enimuero Corinthii Cenotaphiũ illius uerſibus illuſtrarunt.

Et ſophia & nũmis periandrũ terra corinthus.
  Præſtantẽ attæo continet Alma ſinu
Noſtrum quoq; in illum epigramma eſt.
Ne tibi iam doleat ſi non optata ſequaris.
  Omnibus at gaude quæ tribuere dei.
Mœſtitia ſtygias periander ceſſit ad umbras
  Quod non pfecit impia uota dolens.

Huius illud ẽ nihil pecuniarꝶ gratia agentiũ. Oportere eĩm modo qui honeſtus ſit non lucrari: ſcripſit & υποθηκασ

ad duo milia uerſuũ. Dicebat his qui tuto regnare uellent:
ſumma ope nitendũ ut beniuolẽtia nõ armis ſtiparẽtur.
Rogatus aliquãdo cur in tyrãnide perſiſteret? quia ĩquit &
ſponte & ĩuitũ cedere æque periculoſũ ẽ. Dixit & hæc: bo-
na quies ẽ: ac periculoſa temeritas: turpe lucrum: popularis
dominatus tyrãnide præſtãtior ẽ: uoluptates corruptibiles
ſunt: honores ĩmortales. Inter ſecũdas res eſto moderatus:
inter aduerſas prudẽs: amicis & fœlicibus & ĩfœlicibus eũ-
dem te præbe. Quotcũq; pollicitus fueris ſerua: ĩterloquẽ-
dum caue ne ſecreta pronũcies: nõ peccãtes modo: uerum
& peccare geſtiẽtes puni. Primus hic armatis circũſeptus ĩ-
ceſſit: magiſtratũq; ad tyrannidẽ trãſtulit: neq; ĩ urbe dege-
re uolẽtes permittebat ut ephorus & Ariſtoteles tradunt.
fuit autẽ circa trigeſimã octauã olympiadẽ: exercuitq; tyrã-
nidem annos quadragĩta. Porro Sotion atq; Heraclides &
Pamphila in quĩto cõmentarioꝝ duos aiunt fuiſſe perian-
dros. Tyrannum alterum: alterum uero ſapientem: eumq;
ampraciotem: hoc ipſum neãthes quoq; Cyzicenus ait: pa-
trueles ſibi ĩuicem fuiſſe: & quidem Ariſtoteles Corinthi-
um aſſerit fuiſſe ſapientem: Plato negat: ipſius & hoc eſt
exercitatio totum ualet: uoluit & iſthmum quoq; perfo-
dere: feruntur duæ iſtius epiſtolæ huiuſmodi.

Periander Sapientibus.

g GRates multas ago Pythio apollini ꝙ ĩ unũ coactos e-
piſtolæ meæ reppererũt: ipſæq; Corinthũ ut cõfido
ꝑducent: expecto itaq; uos: certe ipſi uidebitis q̃ maxime
populariter cõgrediar. Sicut igitur anno præterito Sardis ĩ
lydiã ueniſtis: ita nunc oro ne pigeat ad me quoq; ꝓficiſci:
Corinthi Tyrannũ: uidebunt enim uos & grate quidẽ Co-
rinthii periandri domum adeuntes. Periander procleo.

n NObis quidẽ nõ ex ſentẽtia fuit uxoris ſcelus. tu autẽ
ſpõte filio ĩgrato ſi qd egeris ĩiurioſus es. Aut igitur
ĩmanitatẽ in filium compeſce: aut ego illi opem feram. nã
& ipſe ſatis diu pœnas dedit.

Thraſybulus Periandro. 11

p PRæconi quidé tuo nihil diſſimulaui: ſed ipſum in ſegetem inducés eminétiores ſpicas bacillo feriés decutiebam ſubſequéte illo: tibiq; ſi interrogaueris referet quicquid uel uiderit uel audierit a me: & tu ergo ſic facito: ſiquidem tyrannidé tuto tenere cupis: atq; in ea roborari: Ciuitatis principes tolle: ſiue illi amici: ſiue īimici uideãtur: qppe tyranno amici quoq; ſæpe ſuſpecti ſunt.

Anacharſis. 12

a ANacharſis Scytha Gnuri quidé filius: Caduidi uero ſcytharum regis frater: matre græca fuit: quamobrem duarum quoq; linguarū peritus erat: ſcripſit auté & de ſcytharum legibus: & de his quæ apud græcos legitima & ſolénia ſunt ad caſtigatioré ac uilioré uictū: itemq; de re bellica ad noningétos uerſus: præſtitit ꝓuerbii occaſioné eo ꝙ eſſet audax & conſtãs ī dicendo ut q eius cōſtantiam imitaretur: ſcythicū dicendi genus diceretur imitatus: eū Soſicrates athenas cōceſſiſſe quadrageſima & ſeptima olympiade ſub Eucrate prīcipe tradidit. Porro Hermippus Solonis iuiſſe domum: & cuidã ex familia iuſſiſſe nūciaret ei anacharſim adeſſe ꝓ foribus: ut illius cōſpectu & hoſpitio ſi fieri poſſet frueretur: puerū ītus hæc nūciaſſe ſoloni: eiuſq; iuſſu hæc illi renūciaſſe ī propriis regionibus hoſpites fieri. Ad hæc ītrogreſſum dixiſſe Anacharſin mō ſe eſſe ī patria: atq; ad ſe ptinere hoſpites facere. eã uiri dexteritatem admiratū Solonem continuo illum admiſiſſe & arctiſſimis amicitias uinculis ſibi deuīxiſſe: poſt aliquantulum téporis regreſſū in ſcythiã cum patrias leges īmutare uellet: græcaſq; toto adniſu niteretur īducere: ī uenatiōis ſtudiis a fratre ſagitta percuſſum īteriſſe: dicenté ſermonis & diſciplinæ gratia ſe ex græcia ſeruatū per inuidiã ī domo & patria periſſe. Quidã græco ritu ſacrificanté occiſum tradunt. Eſt & noſtrum in illum epigramma.

Suadebat Scythicas errans anacharſis ĩ oras
Moribus hoc omnes uiuere cæcropidum.
Verba leuis nondum modulata ſub ore tenentem
Hunc immortales traxit arundo deos.

Huius illud dictum memoratur: uitem uuas tris ferre: primam uoluptatis: ſecũdam ebrietatis: tertiam mœroris: mirari ſe dixit quomodo apud græcos artifices certarent iudicarentq; qui opifices non eſſent. Rogatus quo pacto quis abſtemius fieret: ſi turpes ĩquit ebrioſorum motuſ ſibi ante oculos ponat. Mirari item dicebat quid ſit quamobrem græci aduerſus eos qui iniuriis laceſſunt legẽ ferentes: athletas cum ſeinuicem feriunt honorant: cum didiciſſet quatuor digitos nauis eſſe craſſitudinem: tãtum inquit morti propinqui ſunt qui nauigant. Oleũ uæſaniæ pharmacũ dixit: ꝙ eo inuncti athletæ cõtra inuicem magis inſaniant. Quomodo ĩquit qui mẽtiri uetant: in cauponũ tabernis aperte mentiuntur: Admirari dixit cur græci initio conuiuii paruis calicibus uterentur: ubi uero ſaturati eſſent maioribus poculis biberent: Inſcribitur autẽ ipſius imaginibus lĩgua uẽtre pudẽdis continẽdum eſt: rogatus an ĩſcythia ſint tibiæ: ne uites quidem ĩquit: percontãti quænã eẽt ſecurior nauis: ea inquit quæ in portũ uenerit. Iſtud quoq; ſe apud græcos mirabile uidiſſe referebat: ꝙ fumum ĩ montibus relinquerẽt: ligna ĩ urbem conueherent: interrogãti utrũ plures ſint uiui q̃ mortui: nauigãtes ĩquit utra ĩ parte cõſtitutis: exprobrãti ſibi attico ꝙ ſcytha eſſet: at nihil quidem ait probro eſt patria: ſed patriæ tu: rogatus quidnam eſſet hominibus bonum ac malum: lingua ĩquit. Melius aiebat eſt amicum unũ egregium q̃ gregarios multos poſſidere. Forum ad fallendũ ĩuicem atq; ad dandas auaritiæ manus deſtinatũ locũ dicebat. Ab adoleſcẽte cõuiua paſſus cõtumeliam. Aduleſcẽs inquit: ſi modo cũ iuuenis es uinum non fers: quando ſenueris aquam feres: inuenit ut quidã uolũt ad uitæ uſũ anchorã: & figuli rotã. Scripſit & hãc epiſtolã:

Anacharſis Crœſo. 13

e EGo lydorum rex in græciam adueni: græcorum mores & ſtudia & inſtituta percepturus. Auro autem nihil egeo ſatiſq; mihi eſt ad ſcythas reuerti meliorē atq; doctiorem. Pergam tamen ad te Sardis: plurimi faciēs tibi familiarem & amicum fieri.

Myson.

m MYſon Strymonis filius: ut ait Soſicrates cheneus genere Hermippo auctore traditur a uico œtaoico ſiue laconico ſic dictus: numeraturq; īter ſeptem ſapiētes. Aiunt eius patrē tyrannū fuiſſe: fertur a quodam pythiā cū ab Anacharſide quæreretur quiſnā ſe eſſet ſapiētior? reſpondiſſe ut de Chilone prædiximus ī Thaletis uita cetæum quendā myſonē cheneum ſe ſapientiorem eē: hoc illū oraculo ſollicitatum ī uicum perueniſſe: eumq; reppeiſſe æſtate ſtiuā aratro aptantem: ac dixiſſe. Atqui o Myſō nō aratro uacandi nūc tempus eſt: Illumq; reſpondiſſe ſatis tempeſtiuū ad illud parandū. Alii oraculum illud non cetæum: ſed eteum dixiſſe autumant: inquiruntq; quid ſit eteus? parmenides quidē pagum eſſe laconicæ unde fuerit Myſon. Soſicrates autē ī ſucceſſionibus patre eteū: matre cheneū fuiſſe tradit. Euthyphion heraclidis pontici filius cretēſem aſſerit: eē eīm cretæ oppidū etean anaxilaus arcadē tradit: meminit ipſius & hipponax dicēs & myſo quē uiroꝝ omniū ſapientiſſimū Apollo prædicauit. Ariſtoxenus ī uaria hiſtoria hūc ab Apemanti & Timonis moribus nō multum abfuiſſe teſtis ē: exoſos qppe habuiſſe mortales: deniq; deprehenſū lacedæmone ſolū ī ſolitudine ridere: cū ab eo rogaretur qui ſubito ſe deprehēderat: cur nemine præſente rideret? at ob hoc ipſum rideo dixiſſe: ex hoc habitū ignobilem ꝙ nō ex urbe: ſed ex uico eoq; obſcuro natus eſſet: obq; eā ignobilitatē quæ ipſius ſūt a pleriſq; Piſiſtrato Tyranno applicari Ariſtoxemus itē auctor ē præter Platonem phūm 14

Meminit quippe illius ĩ protagora illũ pro periãdro cõſtituens. Dicebat autẽ nõ ex uerbis res: ſed ex rebus uerba eſſe inq̄renda: neq; propter uerba res perfici: ſed rerũ gratia uerba conſumari. Defunctus eſt autẽ ætatis anno. lxxvii.

Epimenides.

EPimenides ut ait Theopompus: aliiq; complures patrẽ habuit Phæſtium: alii Doſiadẽ: alii Ageſarchum tradũt Cretenſis genere: gnoſo uico oriũdus effigiẽ immutaſſe perhibetur. Miſſus enim aliqñ a patre ut ouem rure deferret: meridiano tẽpore diuertit ex itinere: atq; ĩ ſpelunca ubi ſe iactarat: quinquaginta & ſeptẽ annos perpetuo ſopore acquieuit. Dehinc ſomno excitatuſ quæſiuit ouẽ: putabat ſe enim parũ obdormiſſe: quam cũ nõ ĩueniſſet: in agrũ reuertit. Cum uero rerũ omniũ faciem immutatã cerneret: agrũq; in alterius ius cõceſſiſſe: ſtupore attonitus: & cunctabũdus rediit in oppidũ: ibi cũ domum ſuã uellet ingredi: quiſnã eſſet interrogatus: uixq; agnitus a iuniore fratre iam uetulo omnẽ ex illo didicit rei ueritatẽ. Porro illius fama per græciam uolante deo eſſe cariſſimus exiſtimatus eſt. Vnde & Atheniẽſes cum aliquãdo peſte laborarent: reſponſo a Pythia accepto urbem expiari oportere: Niciam nicerati filiũ miſere epimenidemq; ex creta aduocarũt: profectus autẽ olympiade. xxvii. luſtrauit urbem peſtẽq; repreſſit hoc modo. Sumpſit oues nigro & candido uelere: duxitq; in ariũ pagũ: atq; inde quo uellẽt abire permiſit: his qui illas ſequebãtur mandãs ubicũq; illæ accubuiſſent: ſingulas mactare propicio deo: atq; in hũc modũ q̄euit lues. Ex eo iã hodieq; per athenienſiũ pagos aras ſine noĩe ĩueniri certũ eſt: In eius quæ tũc facta eſt expiationis memoriã. Alii cãm dixiſſe peſtis celonĩum ſcelus: liberationemq; ſignaſſe: atq; ideo mortuos duos adoleſcẽtes cratinũ & lyſiniũ: ſicq; cladẽ quieuiſſe Athenienſes ea ꝑnicie liberi

Talentum ſibi decernunt:& nauim quæ illum ī cretam reueheret: uerum ille pecunia repudiata amicitiam & ſocietatem Athenienſium & gnoſſiorum impetrauit: reuerſuſq; domum paruo poſt tempore migrauit ex uita: ætatis ſuæ anno centeſimo quinquageſimo ſeptimo:ut ait phaſgo in libro de longæuis:ſicut autem Cretenſes tradunt ducenteſimo nonageſimo nono:ſicut uero Xenophanes Colophonius audiſſe ſe dixit centeſimo quinquageſimo q̃rto. Scripſit autem curetum & Corybantum generationem & theogoniam ad quinq; milia uerſuum. Argus quoq; ædificationem & Iaſonis in colchos nauigationem ad ſex milia & quingentos uerſus. Scripſit & carptim de ſacrificiis & ciuilitate cretenſiū:ac præterea de Minoe & Rhadamātho ad q̃tuor milia uerſuū: cōſtruxit & apud Athenienſes phanū uerendorum deorum ut ait Lobon argiuus in libro de poetis:fertur etiam primus domus atq; agros expiaſſe: delubraq; fabricaſſe. Sunt qui illum non obdormiſſe:ſed ad tēpus exceſſiſſe aſſeuerent intentum ſcilicet radicibus cædendis. Extat ipſius ad Solonem conditorem legū epiſtola ciuilitatem cōtinēs:quā minos cretenſibus tradidit. Sed Demetrius magneſius ī libro de poetis: ac ſcriptoribus æquocis:epiſtolā ut rcētē neq; cretēſi:ſed attica locutiōe:ipſaq; nō ſatis antiq̃ ſcriptam arguere nititur:ſit illa ſane recēs ut uult ipſe:ego & aliam ipſius epiſtolā repperi ī hūc modū.

Epimenides Soloni.

c Onfide o amice:ſi enim uel ſeruire aſſuetis uel nō bene inſtitutis Athenienſibus piſiſtratus immineret: imperium profecto diuturnum habuiſſet. Cæterum uiros haud ſane malos aut ignauos ſeruire compulit:ſed eos qui indicii Solonis memores tabeſcunt: neq; ſub tyrānide diutius eſſe tolerabunt. Verum & ſi piſiſtratus ciuitatē occuparit:non tamen ad illius liberos imperium ſpero deducēdum. Eſt enim perdifficile hominibus liberis præclariſq; īſtitutis legibus ſub ſeruitute durare. Tu autem noli quæſo

ſuagus agi:ſed in cretā uenire ad nos matura:ubi tyrannus nullus cuiq̄ moleſtus ē:aperta uia eſt. Aderūt certe plurimi illi īfeſti:tibi amiciſſimi:nulla ergo ratio ē cur aliquid moleſtiæ pati pertimeſcas. hic ē textus epiſtolæ. Quidā Demetrio auctore tradūt accipere ſolitū a nymphis cibū: eumq; intra bouis ungulā conditū ſeruare:paulatimq; īde ſumere:nullaq; exinde egeſtione īdigere:neq; uiſum unq̄ edere. meminit huius & Timæus in ſecūda. Sunt itē qui dicant cretēſes illi ſacrificia offerre:quaſi deo. Aiunt & præſciendi fuiſſe peritiſſimū. Deniq; cū apud Athenienſes munichiā uidiſſet:ignorare eos dixiſſe quātarū cladiū cauſa locus ille futurus eſſet. quod ſi ſcirēt dētibus illū diſcerpturos. hæc autē prædixit multis ante tēporibus:fertur & primus eſſe ſe æacum dixiſſe: lacedæmoniiſq; prædixiſſe captiuitatē quā paſſuri erāt ab arcadibus:ac ſeipſum r̄uiuiſcere ſæpe ſimulaſſe:theopompus autē ī mirabilibus refert epimenidis cū nympharū templū exædificaret uocem e cælo lapſam non nymphis:ſed ioui dedicandū. Cretēſibus item prænūciaſſe belli exitū:quod īter arcades & lacedæmonios agebatur:eū quem prædiximus:quo in bello deſerti ab Orchomeniis lacedæmonii in ius hoſtiū conceſſere:ſenuiſſe illum intra tot dies:quot obdormiſſet ānos. Non deſūt q̄ aſſeuerēt:& hoc enim theopompus ait hūc a cretenſibus curetem appellari ſolitū: Myronianus ī ſimilibus auctor ē:corpus eius penes ſe lacedæmonii obſeruāt reſpōſo quodā admoniti ut refert Soſibius laco. fuerūt alii duo epimenides genealogiæ ſcilicet aſſertor:& tertius qui dorice rhodi hiſtoriam ſcripſit.

Pherecydes.

p PHerecydes Badis filius ſyrus ut ī ſucceſſionibus alexander tradit:Pittaci auditor fuit: eum Theopompus aſſerit primum omnium de natura & de diis græcis ſcripſiſſe:plurima de illo & ſtupēda memorātur

Deambulanté eĩm ſecus littus pſamiũ:cũ intuitus fuiſſet
naué plenis uelis currenté: poſt paulũ mergédã prædixiſſe:
ſicq; ut dixerat ſe inſpectãte cõtigiſſe. Hau tã rurſus aquã
ex puteo cũ biberet:poſt diem tertiũ terræmotũ futurum
prædicaſſe:atq; ita factũ eſſe:cũ denuo Meſſanã aſcédiſſet
in olympiã perilao hoſpiti cõſuluiſſe:cum tota familia in/
de migrare maturaret:neglexiſſe illum:meſſanamq; paulo
poſt captã ab hoſtibus fuiſſe: lacedæmõiis ſolitũ dicere ne/
q; aurũ neq; argentũ honorandũ ut Theopompus ĩ mira/
bilibus ſcribit. præcepiſſe hoc ſibi ĩ ſomnis Herculé: quẽ &
eadé nocte regibus pherecydi ut obtéperarent iuſſiſſe:ſũt q
Pythagoræ iſta applicẽt. Tradit Hermippus illũ:cum inter
epheſios atq; magneſios ugeret bellũ: cuperetq; epheſios
uincere:quendã ex prætereũtibus interrogaſſe: unde eſſet:
& cũ ſe ille epheſiũ dixiſſet:adieciſſe: Trahe me p crura:& ĩ
agro magneſio pone:ciuibuſq; tuis adnũcia ut parta uicto/
ria me in eo loco ſepeliãt:adiecitq; ſe eſſe pherecydé:hæc u/
bi ille ciuibus renũciauit magna eos uictoriæ inceſſit ſpes.
Poſtridie uero cõmiſſo prælio magneſios fundũt:uictoreſ
q; pherecyden ex uita migraſſe comperiũt:qué etiam ſepe/
lientes magnifice honorauerũt. Quidam profectũ delphoſ
e monte Corycio ſeipſum deieciſſe aiũt:deliq; ſepultũ eſſe.
Alii a pediculis cõſumptũ obiſſe diem tradũt. Ariſtoxenus
uero cũ de pythagora eiuſq; familiaribus ſcriberet:refert il/
lum cũ a pythagora qui uiſitandi gratia aduenerat: ut ſe
ſe haberet interrogatus eſſet:digitũ immiſiſſe p ianuam ac
dixiſſe aperte inſpice. ea poſtmodũ dictio apud ſtudioſos:
deterioré in parté ſemper accipitur. Qui auté ea melioribus
in rebus utũtur:peccant:dicebatq; deos menſam thyoton
uocare. Porro Andron epheſtius duos tradit fuiſſe pherecy/
des ſyros: Aſtrologum alterũ:alterũ theologũ Badis filiũ:
cuius pythagoras ſtudioſus fuerit. Eratoſthenes unũ tãtũ/
modo ſyrũ alterũ Athenienſem genealogum fuiſſe aſſerit.
ſeruatur hactenus pherecydis ſyri quem ſcripſit libellus

de rerum principio: cuius initium ineſt: iuppiter quidem atq; tēpus & tellus erant ſemper: terrenæ autem nomē fuit terræ: poſtq̄ ipſi iuppiter præmium dedit: ſeruatur & heliotropium in ſyra inſula. Refert autem duris in ſecundo ſacrorum inſcriptum eius tumulo epigramma illuſtre.

In me finitur ſapientia tota: quid autem
Si plus pythagoræ noſtro dicas: quia primus
Græcorum in populis non mentior iſta locutus.

Ion aūt chius de ipſo ait.

Hic uelut ornatus uirtutibus atq; pudore.
  Et dulcem uitam non habet exanimis.
Sic iam pythagoræ ſapientia ſumma. uirorum
  Cunctorum mentes uidit & edidicit.

Eſt & noſtrum ſic ſe habens

Carmine pherecratio.
Inſignis pherecydes.
Syros quem parit olim.
Turpes in pedicillos.
Permutaſſe priorem.
Formam dicitur: atq;
Magnatum in regionem
Se iuſſiſſe trahi: quo
Inferret generoſis
Pœnas ciuibus audax.
Ingentes epheſi. nam
Oraclum fuerat quod
Solus nouerat ipſe
Mandans hoc moriturus:
Cedens ſic apud illos.
Verum eſt hoc igitur: uir
Si uiuens ſapienſq;
Quædam ē utilitas: ac
Certe quando nihilq; ē. aliorūq; ī eū ferūtur epigrāmata.

Fuit autē circa. lviiii. olympiadē: eſt eius quoq; ad Thaletē

huiuſmodi epiſtola.

Pherecydes Thaleti.

b BEne moriaris:cum tibi fatalis dies ſuperuenerit: morbus me inuaſerat:cum tuas accepi litteras:pediculis operiebar totus & rigore angebar febris. Mādaui itaq; quibuſdam ex familiaribus ut cum me ſepelierint:ad te perferant quæ ſcripſi. Tu autem ſiquidē ea ꝓbaueris cū ſapiētibus reliquis ita legenda demum trades: ſin autē improbaueris nolite edere:mihi certe nec dū ſatis placebat. Eſt ibi quidē nō certa rerum fides: neq; enim id recipi neq; quid ſit uerū me ſcire profeſſus ſum:forte quædam de theologia reſeraui: cætera intelligere oportet:ōnia quippe ſignifico potius:q̄ aperio. Morbo autē diebus ſingulis inualeſcente:neq; medicorū quempiā:neq; amicorū penitus admitto. Cæterū aſſiſtentibus pro foribus & interrogantibus quo ī ſtatu ſim: digito p hoſtii clauſtra dimiſſo: q̄ ſim langore fatigatus oſtēdi:admonuiq; ut poſttridie conueniāt ad ſolēnes pherecydis inferias. Vale. Atq; hi ſunt quidē appellati ſapiētes:quibus pleriq; piſiſtratum etiā tyrannū aggregant. Veniendum uero iam ad phōs ac primo incohandū ab Ionica phīa:cuius principē thaletem fuiſſe memorauimus Anaximandri præceptorem.

LAERTII DIOGENIS LIBER SECVNDVS.

a ANAXIMANDRO mileſio Praxiades Pater fuit: huius eſt illud principium & elementum immēſum hoc & īfinitū eſſe:non tñ diffiniens aera & aquā:aut aliud qpiā:& partes qdē eius immutari: totū uero immutabile durare:medio loco terrā cētri īſtar conſtitutā

globoſamq; eſſe & rotundã: lunã falſo lucere lumine: ſplẽ/
doréq; a ſole mutuari: Soléq; terræ æquare magnitudiné &
eſſe puriſſimũ igné. Primus auté γνώμονα iuenit ipſũq;
lacedæmone ĩ loco captãdæ umbræ idoneo ſtatuit: quo ſci/
licet ut ait Phauorinus in õnimoda hiſtoria cõuerſiones ſo/
lis & æquinoctia notaret: horoſcopia quoq; fabricatus ẽ: ac
primus terræ mariſq; circuitus deſcripſit. & ſphærã ĩſuper
conſtruxit. Quænã uera ſibi uiſa ſint ſummat ꝓut memo/
riæ occurrit expoſuit Apollodorus Athenienſis: qui illũ &
in chronicis ait ſecũdo anno quinquageſimæ octauæ olym/
piadis annũ egiſſe ætatis. lxiiii. ac paulo poſt obiſſe diẽ: flo/
ruiſſe auté maxime ſub Polycrate Samiorũ Tyranno: aiũt
eum canenté a pueris irriſum: eoq; comperto dixiſſe canen/
dum ergo puerorũ cauſa modulatius: fuit & alius Anaxi/
mander hiſtoricus & ipſe mileſius Ionicus ſcriptor.

Anaximenes.

a ANaximenes Euryſtrati filius Mileſius Anaximan/
dri auditor fuit. Quidã & Parmenidé audiſſe aſſe/
runt: hic initium dixit aera & infinitum: moueri
ſidera non ſupra terram: ſed circa terram: uſus ẽ aũt Ionica
locutione ſimplici & minime fucata: ſexageſima & tertia o/
lympiade natũ eſſe: atq; eo anno quo Sardis capta ſit obiſ/
ſe dié Apollodorus tradit. Fuerũt & alii duo lampſaceni ip/
ſius nominiſ orator unus: alter hiſtoricus q oratoris nepos
Alexãdri geſta cõſcripſit. Extat phĩ Anaxãenis epiſtola: hu/
iuſmõi. Anaxamenes Pythagoræ. Thales ab ætatis flore ad
ſenectuté p ſtudia uirtutis humanitatiſq; peruectus ĩclyta
morte defungitur. Is cũ ut cõſueuerat una cũ ancillula ſi/
dera ĩſpecturus atrio domus matutinus exiſſet: ĩmemor ut
ſeſe loci ſitus haberet: dũ æthera ſecurus explorat ĩ ſubiectã
foueã cecidit: Mileſii ſiderũ obſeruatoris hũc finé tradunt.
Cæteꝝ nos liberiq; noſtri tãti uiri iugiter meminimus atq;

Secundus

ĩ illius maxime doctrina acquieſcimus: ĩitiumq; ſermonis noſtri Thaletẽ ſemper ĩſtituimus : itẽq; alia: Anaximenes Pythagoræ. Conſultus nobis egiſti ut quietus uiueres: qui ex Samo Crotonẽ cõmigraſti: nempe enim æacidæ aliiſq; ĩfeſti ſunt: mileſiiſq; tyranni dominãtur. Medorũ item rex nobis acriter imminet: niſi uelimus eſſe tributarii: at cõſilii non fuerit Ionas pro libertate omniũ cum medis dimicare. Nam ſi bellũ aduerſus illos ĩeamus nulla nobis ſpes ſalutis ẽ. Quonam igitur animo poſſit anaximenes cæli ſecreta rimari: cui iugis aut mortis aut ſeruitutis incũbit metus? At q̃ tu Crotoniatis atq; italis cæteris ĩ amore ac ſtudio es: perguntq; ad te & ex Sicilia ſtudioſi quiq;.

Anaxagoras.

a ANaxagoras hegeſibulo ſiue eubulo patre Clazomẽius anaximenis fuit ĩprimis ſtudioſus: primus hic materiæ quam hylẽ appellant mentem adiecit ĩ prĩcipio operis ſui ſic ſcribens: omnia ſimul erant; deinde acceſſit mens eaq; compoſuit: q̃obrem & mẽs ſiue animus dicitur. Timon hoc ipſum de anaxagora fatetur: ĩ ſillis dixiſſe ſcilicet mentem confuſis primo rebus acceſſiſſe omniaq; compegiſſe ſimulatq; ordinaſſe.

Fertur anaxagoras mentem fortiſſimus heros
Ipſi mens quoniam coniungẽs omnia moxq;
Vna compegit ueteri pugnantia lite.

Hic non modo generis gloria & opibus: uerum animi quoq; magnitudine clariſſimus fuit. Quippe cum cunctum patrimonium ſuis ſponte conceſſit. nam cum ab eis inſimularetur negligentiæ: quid ergo inquit: nõ ne uos iſta curatis? Demum ab eis profectus ad ſpeculandam rerum naturam ſe cõtulit rei &. p. & priuatæ omnino negligẽs: adeo ut cuidam ſe ita compellanti nulla ne tibi patriæ cura ẽ? dixerit mihi uero patriæ cura & quidem ſumma eſt digitum

in cælũ ĩtẽdens. Fertur ĩ xerxis tranſitu annũ ætatis uigeſimũ egiſſe uixiſſeq; annos.lxii.Apollodorus ĩ chronicis floruiſſe eũ ſeptuageſima olympiade ſeptuageſimæq; octauæ primo anno defeciſſe refert.Philoſophari Athenis ceperat ſub Callia.xx.ætatis ãno ut Demetrius phalerius in deſcriptiõe principũ refert:ubi &.xxx.annos cõmoratũ tradunt. Dicebat Solẽ candẽs ferrum eẽ:ac penitus ignitum:& peloponneſo maiorẽ.Alii hoc ad Tantalũ referũt lunã habitacula ĩ ſe habere & colles & ualles:ĩitia reꝝ ſimilitudines habere partiũ:ut enim ex minutiſſimis arenis aurũ cõſtet:ita & ex paruis ſimiliũ partium corporibus hoc totum eẽ compoſitum:mentẽq; initiũ motus:& grauia corpora inferiorẽ locum ut terrã:leuia ſuperiorẽ optinuiſſe:ut ignẽ:medium aeri atq; humori diſtributũ.Ita enim & ſuper terræ latitudinem mare ſubſiſtere humoribus a ſole ĩ uaporẽ conuerſis:Sidera prĩcipio quidem turbato:& cõfuſo motu ferri ſolita.Ita ſecundũ terræ uerticẽ eum q ſemp apparet polũ fuiſſe:poſtmodũ uero inclinatiõẽ accepiſſe:lacteũ orbem reflexum eẽ ſolaris luminis nõ ĩtermicantibus Aſtris:cometas errantiũ ſtellarum eſſe conuentum flammas ex ſe emittentiũ:eoſq; qui σπινθηρεσ dicũtur ueluti ſcintillas ab aere uibrari: uentos fieri cum aer a ſole tenuatur:tonitrus nubiũ eſſe colliſionẽ:coruſcationes confricationẽ itidẽ nubium:terræmotus ſucceſſionẽ aeris in terrã:Animãtes primo ex humore & calore terraq; manaſſe:poſtmodũ exĩuicẽ natas eſſe:mareſ a dextris:fœminaſq; a ſiniſtris.Aiunt illũ prædixiſſe eũ q circa ægis fluuios cõtigit lapidis lapſũ: quẽ ex ſole caſurũ dixerit:eaq; ratione inductũ Euripidẽ ipſius diſcipulum:ſolẽ ĩ phæthonte aureã glebã appellaſſe. Profectum quoq; in olympiam ſereno & lucente Cælo ſediſſe pellicea indutum ueſte:quaſi breui eruptura pluuia: ſicq; cõtigiſſe:percontãti an lampſaceni mõtes mare eſſẽt aliqñ futuri dixiſſe ferũt:ita ſane niſi tempus defecerit. Rogatus cuius rei cauſa natus eſſet & inſpiciendi inquit cæli & ſolis

& lunæ.Dicenti cuidã Atheniẽſibus priuatus es:nõ ego illiſ
ait:ſed illi me.cũ uidiſſet mauſoli ſepulchrũ:monumentũ
inquit precioſũ & lapidibus ornatũ diuitiarũ imago eſt.in/
dignãti homini ac moleſte ferenti ꝗ in alieno ſolo morere/
tur:bono ĩquit eſto animo.Idẽ enim undiqꝫ ĩ ĩfernũ deſcẽ/
ſus eſt:uidetur autẽ ut fauorinus ĩ omnimoda hiſtoria te/
ſtatur:Primus homeri poema de uirtute & iuſtitia cõpoſi/
tum eẽ dixiſſe:multũqꝫ metrodorũ lapſacenũ familiarem
ſuũ ad eam opinionẽ cõtuliſſe.Quẽ in his etiã quæ ad na/
turæ hiſtoriã attinẽt cõſtat poetæ fuiſſe ĩprimis ſtudioſũ:
Primus autẽ Anaxagoras etiã librũ ab ſe ſcriptũ edidit:eũ
uero ſub principe dimylo cecidiſſe de cælo lapidẽ:Anaxago/
ramqꝫ tũ dixiſſe cælũ omne ex lapidibus eẽ cõpoſitũ:ac ue/
hementi circuitu cõſtare:alias continuo ſũma ui impetus
lapſurũ Silenus ĩ primo hiſtoriarũ auctor eſt:uaria de hu/
iuſ damnatione referũtur.Nam ĩ ſucceſſione philoſopho/
rũ tradit Sotion a cleone impietatis accuſatũ:ꝗ ſolẽ candẽ/
tem dixerit laminã ac penitus ignitã.Defenſum autẽ a pe/
ricle diſcipulo quinqꝫ talẽtis mulctatũ:exilioqꝫ dãnatũ fu/
iſſe.Porro ſatyrus ĩ uitis a Thucydidæ accuſatũ:q cõtraria
pericli in reipublicæ adminiſtratione ſentiret:neqꝫ ĩpietatiſ
modo:uerũ & ꝓditionis abſentẽqꝫ morti addictũ : & cum
illi renunciata eſſet & damnatio ſua & filioꝝ mors: ad alte/
rũ dixiſſe iampridẽ aduerſum illos atqꝫ ſe ex æquo naturã
tuliſſe ſentẽtiam: ad alterũ ſciebã me genuiſſe mortales:
Alii hoc ad Solonẽ referunt:alii ad Xenophontem. Hunc
autem manibus etiam propriis ſepeliſſe liberos Demetrius
phalereus in libro de ſenectute teſtatur.Hermippus ĩ uitis
carcere incluſum addictumqꝫ morti tradidit.Periclem uero
percontatũ an illius uitam in aliquo criminaretur: cũ nul/
lum ei crimen impingi comperiſſet:dixiſſe atqui ego diſci/
pulus iſtius ſum.Nolite igitur iniquis calumniis inducti
illum perdere: uerum mihi potius obtemperate liberum
que abire permittite:ſicqꝫ factum eſſe.Hanc tamen illum

iniuriã ægre tuliſſe:ac ſponte ĩde diſceſſiſſe. Verũ eĩm Hieronymus ĩ ſecũdo cõmentariorũ Periclẽ aſſerit illũ adduxiſſe in iudiciũ: incertis greſſibus nutantẽ:& præ nimia ægritudine confectũ macie miſericordiaq; iudicũ: potius q̃ ꝙ ĩnocens fuerit inuẽtus:relaxatũ eſſe:tamen uaria de ipſius damnatione inter auctores minime obſcuros habetur opinio:nec defuere qui exiſtimarẽt illum democrito infeſtũ fuiſſe:ꝙ ab illo minime fuerit defenſus. lampſacũ poſtea profectus:illic diem ſuũ obiit:ubi rogãtibus eum principibus ciuitatis nũquid fieri mãdaret:iuſſiſſe ferunt ut pueri quotannis quo menſe defeciſſet:ludere ꝑmitterentur:ſeruariq; hactenus eam conſuetudinẽ. Defuncto igitur lãpſaceni honorifice iuſta perſoluerũt:eiuſq; tumulũ epigrãmate illuſtrauerũt. Fuere tres & alii eodem nomine in quorum nullo fuere omnia uerũ. Primus quidem orator de iſocratis diſciplina ueniẽs: Statuarius alius:cuius meminit Antigonus tertius grãmaticus zenodoti diſcipulus.

Archelaus.

a Rchelaus Athenienſis ſiue mileſius patrẽ habuit Apollodorũ: ſiue ut quidam ſcripſere:Mydonẽ: Anaxagoræq; diſcipulus:& Socratis magiſter fuit. Prĩus hic ex Ionia phyſicã philoſophiã Athenas ĩuexit: & appellatus ẽ phyſicus ꝙ in eũ philoſophia deſierit naturalis. Socrate ethicen introducẽte q̃q̃ ne hic quidem ethicæ rudis fuiſſe uideatur:nãq; de legibus philoſophatus eſt: & de honeſto & æquo. Porro Socrates ꝙ hæc ab illo ſumpta ꝓpagauerit inueniſſe putatus ẽ:duas eſſe generationis cãs aſſerebat:calidũ & frigidũ:animalia de limo nata: iuſtũq; & turpe non natura cõſtare:ſed lege:hac autẽ ratione nitebatur liquẽtem calore aquã ubi ignis inflammatur ardoribus terram efficere:ubi uero circũfluit:aerem gignere: atq; ideo illam quidẽ ab aere:hũc autẽ ab ignis leui faciliq; motu cõtineri:gigni uero aĩalia ex terræ calore:quæ limum lacti ſimillĩũ ad eſcã emãauerit:ſic & hoĩes natos: primuſq;

uocē aera percuſſū diffiniuit:mare ī cōcauis per humū ue-
luti collatū cōſiſtere dixit:maximūq; ſiderū ſolem: & ōne
hoc infinitū appellauit.Fuerūt & tres alii eiuſdē nominis:
primus Chorographus:qui omnē ab alexandro peragratā
terrā deſcripſit:alius qui quæ naturæ ſunt ꝓpria uerſu ꝓ-
didit:tertius orator qui & artem oratoriam ſcripſit.

Socrates.

ſOcrates ſophroniſco patre lapidario:matre phæ-
nareta obſtetrice natus:ſicut & plato in theæteto
meminit:Athenienſis patria:pago alopecēſis fuit:
nō defuerūt qui illū iuuaſſe euripidē exiſtimauerint.Vnde
mæſilochus ait phrygibus nouo euripidis poemati & ſocra-
tem ligna miniſtraſſe.

Euripidis recens phryges eſt fabula
Sarmenta cui ſupponit & ſocrates prudens.

Ac rurſus Euripides ſocratis ut ſocii & adiutoris meminit.

Tumores ſocratis noueras ligatores
Et callias:tu grauis & ſentis ſic magnum.
Mihi licet:Socrates enim certe cauſa.

Ariſtophanes quoq; hoc ipſum ī nephelis tradit:hūc aſſe-
rens euripidem fuiſſe:qui Tragœdias ſcripſerit eloquētiæ
ſapientiæq; pleniſſimas.

Sapientiæ Euripides agens tragœdias
Pleniſſimas hic eſt celebreſq; multum.

Cū igitur Anaxagoræ ſecūdū quoſdā auditor fuiſſet & da-
monis ut Alexander ī ſucceſſionibus ait:poſt eius dānatio-
nem ad archelaū ſe phyſicū contulit:cuius & pædica fuiſſe
ſcribit Ariſtoxenus.Porro duris ſeruiſſe illum ait & ſcul-
pſiſſe lapides:opuſq; illius eē gratias:quæ ſūt in arce ueſti-
tas pleriq; aſſerūt:unde illū & timon in ſillis & ſculptorem
lapidum dixerit:& græcorum uatem præterea uafrum &
oratorem uarium ſubatticunq; ſimulatorem appellarit.

Lege loquens uaffer rhetor lapidumq; politor.
Græcorum uateſq; ſubatticus & ſimulator.
Deriuauit ab his monſtrans certiſſima uerba.

Erat qppe ĩ oratoria ſicut etiã idomeneus refert promptus atq; acer: ſed eum tyranni. xxx. dicẽdi artẽ ut ait Zenophõ: docere uetuerunt. Carpitur & ab Ariſtophane: ut qui deteriorem rationem meliorem faceret: primus quippe ut fauorinus in omnimoda ſcribit hiſtoria cum Aeſchine diſcipulo oratoriæ cãpos aperuit. Idomeneo idipſũ ĩ libris quos de Socraticis ſcripſit aſſerẽte: primuſq; de uitæ ratiõe diſſeruit: ac primus phõrum dãnatus moritur. Ait autẽ Ariſtoxenus Spinthari filius pecunias illum ex miniſterio ſuo ad neceſſariũ uictum cõgregare ſolitũ. Cæterum critonẽ eum ab emẽdicãda quottidiana ſtipe atq; ab officinæ ſubduxiſſe miniſterio gratiã animi ipſius admiratum: eiq; ſe ĩ diſciplinam dediſſe Demetrius Bizantius auctor ẽ. Animaduertẽſ autẽ naturalis ſpeculationis fructũ nullũ eſſe: eãq; ad officia uitæ nihil eẽ neceſſaria inuexit primus ethicẽ: deq; illa & in officinis & ĩ publico quottidie philoſophãs: ea potius ĩquirẽda hortabatur: quæ mores inſtruerẽt: & quorum uſus nobis domi eſſet neceſſarius: illic eĩm Homeri teſtimonio bonũ nobis malũq; naſci. Sæpe uero ĩterloquendũ agẽte id orationis uehemẽtia iactare digitos ſolebat: & crines uellere: ita ut a pleriſq; rideretur: habereturq; deſpectui: quæ tñ omnia ferebat æquo aĩo. Vnde & cũ fuiſſet a quodã calce percuſſus: admirãtibus illius tolerantiã dixit: quid .n. ſi me aſinus calce impetiſſet num illi diẽ dixiſſem? Hæc demetrius. Peregrinatione uero illi opus nõ fuit queadmodũ plurimis: niſi in q̃tum militauit: ſed ſemp eodem in loco manens: contẽtus cũ familiaribus ac ſtudioſis diſputabat: nitebaturq; ſũmo ingenii acumine nõ tã illos ex ſentẽtia refellere: q̃ ipſe quid uerũ eſſet inuenire. Fertur cũ euripides ei legendũ Heracliti opuſculũ dediſſet: rogaretq; quid ſibi uideretur dixiſſe ea quidem quæ intellexi fortia ſunt: puro

Secundus

item & quæ nõ intellexi. uerũ delio id natatore aliquo ĩdi-
get cura illi decẽs fuit corporeæ exercitationis: eratq; præ-
clari habitus. Deniq; ĩ amphipolim armatã militiã ſecutus
eſt: atq; prælio cõmiſſo circa delũ lapſum equo xenophõtẽ
apprehendit atq; ſeruauit. Cõfugiẽtibus atheniẽſibus cæ-
teris ipſe lẽto paſſu abibat. ſæpe clam retroſpiciẽs & ulciſci
obſeruãs ſi quis enſe ipſos inuadere tẽtaſſet: militauit & in
potideã per mare. Nam pedibus minime licebat obſiſtente
bello: quo tẽpore nocte tota in uno habitu permãſiſſe tra-
dunt. Et cũ ĩ ea expeditione fortiſſime pugnaſſet ac uiciſſet
uictoriã alcibiadi ſponte cõceſſiſſe: quẽ a Socrate amatum
Ariſtippus ĩ quarto de antiquis delitiis teſtatur. Ion autem
chius iuuenẽ cũ archelao ſamũ ĩſamo peregrinatũ ueniſſe
tradit. Ariſtoteles & pythonẽ profectũ ait. Iſthinum quoq;
Fauorinus ĩ primo commẽtariorũ adiſſe refert. Erat aũt cõ-
ſtantis animi inuictæq; ſentẽtiæ: & imprimis popularis do-
minatõis ſtudioſus: quod cũ ex aliis cõſtat: cũ ex eo maxĩe
ꝙ iubẽtibus q cum Critia erãt nobilibus: leontẽ Salaminiũ
illuſtrẽ & opulentũ uirum ad ſe deduci perimẽdum haud-
quaq̃ ceſſit: ſoluſq; aduerſus. x. potẽtiſſimos duces ſenten-
tias ferre auſus ẽ: & cũ libere quo uellet abire e carcere lice-
ret noluit: & plorãtes ſæuere ĩcrepauit: pulcherrimoſq; ſer-
mones illos uinctus ꝓſecutus ẽ. Frugi item erat & contineſ.
Refert Pamphila ĩ ſeptimo commẽtariorũ cum alcibiades
grandẽ illi aream ad conſtruendã domum largiretur dixiſ-
ſe: an uero ſi calciamentis mihi opus eſſet corium dares ut
calceos mihi ipſe conficerem? atqui ridiculus eſſem ſi acci-
perem. Sæpe cũ eorum quæ publice uẽdebãtur multitudi-
nem ĩtueretur ſecũ iſta uoluebat: q̃ multis ipſe non egeo:
ac ſemp habebat in ore iambos illos: quibus argẽtũ & pur-
pura & cætera id genus tragœdis potius q̃ uſui uitæ neceſ-
ſaria docẽtur. Tarchelaũ præterea Macedonẽ & ſcopã Crã-
nonium: Eurylochũq; lariſæũ aſpernatus eſt alto aĩo: cum
neq; ab eis miſſas pecuniãs accepit: neq; ad eos ipſe ꝓficiſci

uoluit. Adeo autē parce ac tēperate uixit ut cū Athenas lues
ſæpe numero uaſtaret: ſolus ipſe nūq̄ ægrotauerit: duas il-
lum uxores duxiſſe: priorem xanthippen ex qua lāproclē gē
uerat: ſecūdā Myrtonē Ariſtidis illius iuſti filiā quā & ſine
dote acceperit: quæq; ſibi ſophroniſcū menexenūq; peperit
Ariſtoteles auctor ē. Alii Myrtonē prius duxiſſe: pleriq; u-
traſq; ſimul habuiſſe tradūt: ex qbus & Satyrus ē & Hie-
ronymus Rhodius. quippe Athenienſes cū Bellis ac lue ci-
uibus exhauſtā ciuitatē reparare ſobolemq; propagare uel-
lent decreuiſſe referūt: uti urbanā quidē unā uxorem ciues
ducerent: liceret autē & ex altera procreare liberos. Idq; tū &
Socratē feciſſe: magna uero mentis altitudine carpentes ſe
atq; obiurgātes contēnebat. In facilitate quoq; uictus ma-
xime gloriabatur: mercedēq; a nullo exigebat. Dicebat autē
qui ſuauiſſime comederet eum minime obſonio egere: & q
cum uoluptate biberet: eū quod præſens non ſit poculum
nō quærere nec expectare: eūq; diis maxime propinquū: q
minimis egeat. Hoc ſi quis uelit a Comicis doceri poterit:
Qui profecto illū dum uituperare quærūt: laudāt. Ariſto
phanes deniq; ſic illū agit: O præclare ſapiētiæ amator ho-
mo q̄ iuſte Athenis beatus alibiq; uiuis: ſic memor es & cu-
ris plenus ineſtq; animo erumna neq; fatigaris aut ſtās aut
cedēs: ſed ne algēs quid multū dolēs: neq; prādere cupis ui-
noq; & edacitate abſtines: aliiſq; īhoneſtis. Porroq; Amep-
ſias palliatū illū inducēs: ſic ait Socrates. paucorū optīe ui-
rorum multorūq; uaniſſime & ipſe ad nos pergis: patiēſq;
es: unde tibi palliū hybernū: hoc incōmodū per coriarii cō-
tingit malignitatē. Hic tametſi eſuriens aſſentari nūq̄ paſ-
ſus ē. Cæterū ipſius rei q̄ ſemper inimicus fuerit: utq; ma-
gno & alto animo fœdā iſtam adulationem præteruectus
ſit. Ariſtophanes itidē accedat teſtis ī hanc ſentētiam elatus
faſtu uias teris oculoq; īnuis & diſcalciatus pergis: pluraq;
toleras atq; īter nos uultus grauitatē ac reuerentiam ſeruas
Cūq; hoc uitæ inſtituto degeret: interdum tñ ipſi cōgruens

ſecundus

uenuſtiore habitu amiciebatur: ut in Platonis ſympoſio ad
Agathonē pergens: æqua illi & hortādi & dehortādi facul/
tas fuit. Deniq; theætetū cum de diſciplina diſſereret: ut ait
Plato: mirifice īmutatū diuinūq; ferme remiſit. Eutyphro/
na q patri diē dixerat: quædā de iuſtitia & pietate loquens
ab inſtituto reuocauit. Lyſidē autē hortando maxīe moralē
fecerat. Erat eīm illi ingeniū ad eliciēdos ex rebus ſermones
accōmodatū. Lamproclem item filium ī matrē immitē ac
ferum: ut ait Xenophon: ſuadendo ad reuerentiā: reduxit.
Glauconē præterea Platonis fratrem ad rem publicā acce/
dere uolentē: propoſito retraxit: q̄ꝑ is rudis eēt ignaruſq; re/
rum. Itē ut refert Xenophon: Charmidem econtra quia eēt
maxime idoneus: ad capeſſendā̄ īcitauit. Iphicrati quoq;
duci animos adiecit: cū oſtendiſſet ei gallos gallinaceos Ca/
rii midæ corā callia pennis ac roſtro dimicātes: ipſūq; glau/
conides ciuitati acquirere optabat: nō ſecus ac faſianū auē
aut pauonē. Dicebat autē facile cui uis eē quæq; habet mi/
ra proloqui. Amicos autē quot poſſideat: nominare diffici/
limū tantā ī eis obſeruādis ineſſe negligētiā. Euclidem uero
cū uideret forenſiū cauſarū imprimis ſtudioſū. O inquit
Euclide Sophiſtis quidē uti potenſ: nō autē hominibus. In
utile enim arbitrabatur ac turpe hiſce dare operam: ſicut &
Plato ī euthydēo teſtatur. Dederat illi charmides domeſti/
cos pueros: ut ab eis domū deduceretur: ſed noluit ille ſu/
ſcipere. Sunt q dicāt illū Alcibiadis eximiā formā aſpnatū.
uacationē ut poſſeſſionū omniū pulcherrimā laudabat: &
ī ea iocūdiſſīe acquieſcebat: ut in ſympoſio teſtatur Xeno/
phon. Dicebat & unicū eſſe bonū ſcientiā: malum econtra
unicū īſcitiā: opes atq; nobilitatē nō ſolum nihil ī ſe habe/
re honeſtatis: ueꝝ & malū omne ex eis oboriri. Deniq; cum
dixiſſet ei quidā Antiſthenem matre eſſe threicia. Tu ne in/
quit arbitrabiris ex duobus athenienſibus adeo inſignem
uirū natū? Phædonē quoq; captiuitatis neceſſitate quæſtui
turpi expoſitum critoni redimendū præcepit: ſpectatumq;

phũm fecit:ſed & fidibus canere didicit:quãdo illi oppor-
tunũ fuit:minime ĩprobũ ſeu pudendũ dicẽs:quod quiſq;
neſciat:diſcere. Sæpius itẽ ſaltabat eã exercitationem pluri-
timũ ad tuendã bonã ualitudinẽ conducere exiſtimans: ſi-
cuti & Xenophon ĩ ſympoſio teſtatur. Aſſerebat & dæmo-
nium ſibi futura præſignare:ac bene ĩcipere paruũ nõ eſſe:
ſed maximũ & ſcire ſe nihil: præter hoc ipſũ qd neſciret:eoſ
itẽ q præcotia multi emerẽt deſperare aiebat ſe ad maturi-
tatis tẽpus puẽturos. Rogatus aliqñ quæ nã ſit iuuenis uir-
tus:nihil nimis ĩquit:geometriæ eo uſq; dandã operã mo-
nebat:quo ad quiſq; poſſit terrã menſura accipere & dare.
Euripide uero de uirtute ita diſſerẽte:ut diceret præclarũ eẽ
temere hanc dimittere:ſurgẽs egreſſus ẽ ridiculũ eẽ dicens
mancipiũ ſi nõ ĩueniatur:dignũ ĩquiſitiõe iudicare:uirtutẽ
uero paſſũ perire pmittere. Interrogatus utꝝ melius eẽt ux-
orem ducere: nec ne:utrũuis horꝝ ĩquit egeris pœnitẽtia in-
ceſſet. admirari dicebat cur hi qui lapidea ſigna ſculperent
ſumma ope niterẽtur:ut lapis homini q̃ ſimilimus euadat:
ſe ipſos curare negligerẽt ne ſimiles lapidibus & uideantur:
& ſint. Hortabatur & iuuenes ſe iugiter ĩ ſpeculo ĩtuerẽtur:
ut ſiquidẽ formoſi eſſent:digni ea ſpecie fierẽt: ſin autem
deformes eam deformitatẽ eruditione ꝓtegerẽt. Cũ uocaſ-
ſet ad cœnã diuites: & xantippen modici puderet appara-
tns bono ĩquit eſto animo. Nam ſiqdem modeſti erũt fru-
gi mẽſam haudquaquã aſpernabũtur:ſin autẽ intẽperãtes
nulla nobis de hiſce cura erit. Aiebat alios hoĩes uiuere ut e-
derent:ſe ideo edere ut uiueret. Ad hæc uulgus ignobile &
imperitam amplectentẽ plebẽ idem ferme facere dicebat:
ac ſi quis ſingulos nũmos reprobaret:congeſtum ex hiſce
cumulũ ut probabilem ſuſciperet:cũ ſibi dixiſſet Aeſchi-
nes. Pauper ſum & aliud habeo nihil:me ipſũ aũt tibi do.
an uero tu ĩquit nõ animaduertis q̃ mihi maxima tradis.
Indignanti cuidã cur deſpiceretur:cũ ſumma rerum.xxx.
ſibi arripuiſſent:ergo ne inquit pœnitet te. Referenti ꝙ illũ

Secundus

Atheniēſes mori decreuiſſent:& natura illos īquit.Hoc alii ad anaxagorā referūt:dicēte ſibi uxore īiuſte morieris:an tu īquit iuſte malles?cū ī ſomnis quēdā ſibi iſta dicētē audiſſet: Tertia tephthie tēpeſtas læta locabit.Ait ad Aeſchinē poſt diē tertiū ſe moriturū:qua die cicutā habiturus erat. Apollodorus ei palliū præcioſum obtulit ut in illo moreretur:& ille quid īquit:num palliū meum uiuenti congruū fuit:Vita functo nō cōueniet?nūcianti ſibi quendā ſe maledictis īceſſere bene ait loqui nō didicit.Cū diſruptā palli ſui partē uertiſſet Antiſthenes:& inſpectandā omnibus dediſſet aſpitio īquit per ſciſſurā pallii tuam uanitatē.dicenti cuidā nō ne tibi ille maledicit:non inquit mihi eīm iſta nō adſunt.Dicebat expedire ſe ipſum ex induſtria comicis exponere.Mam ſiqdem ea dixerit quæ ī nobis corrigēda ſint emendabūt:Sin alias nihil ad nos.Xantippe cū ī eū prius conuicia & maledicta iaculata eſſet:Poſtmodū uero & ſordidis aquis perfudiſſet:non ne īquit dicebā Xantippen tonantē quādoq; pluiturā.dicenti Alcibiadi nō eſſe tolerabilem xanthippem adeo moroſā:At quin ait ego ita hiſce iā pridē aſſuetus ſum:ac ſi iugiter ſonū trochlearū hauriā: an uero tu nō toleras clamore perſtrepētes anſeres:illo dicente at mihi oua pulloſq; pariūt:& mihi ait xanthippe filios gignit.Cum palliū illa ſibi ī platea ſuſtuliſſet:moneretq; familiares iniuriā manu cōſerta ulciſceretur:Præclare inqt ut nobis corrixantibus quiſq; ueſtrū acclamare pgat Eia Socrates Eia xantippe.aſperioris īgenii uxori ita cōgrediendū monebat:ut equis animoſis equites:Cæterū ſicut illis cum hoſce ſubegerit:reliqui facile cedūt:ita & mihi poſt xantippe uſum:reliquorū mortaliū facilis toleratio obueniet.Iſta & huiuſmodi gerens quottidie & dicens: pythiæ teſtimōio laudatus ē:quæ chærephonti id oraculū edidit:quod ī omnium ore eſt:quo ſcilicet mortaliū omnium Socrates ſapientiſſimus prædicaretur:ex quo magna ī illū īuidia cōflata ē:prætereaq; quod eos q ſe ipſos magnificarēt & æſtimarēt

quaſi ſtolidos & īſenſatos arguiſſet: eo℞ ex numero anytuſ eſt ſicut ī menone plato ait: Is eīm a Socrate rideri ſe nō ferens: primū quidē ariſtophanē aduerſus illū inuexit atq; in eius maledicta ꝓuocauit. Poſtmodū uero melitū etiā īduxit. Vt illi crimen impietatis adoleſcētiumq; corruptiones obiiceret. Et melitus quidē ad iudices illū accuſauit: ſētentiam uero Polyeuctus dixit: ut ait Fauorinus ī omnimoda hiſtoria: orationē Policrates ſophiſta ſcripſit: ut Hermippus refert ſiue ut quidā uolūt anytus: præparauit autē oīa Lycō orator. porro Antiſthenes ī philoſophorū ſucceſſiōibus et ī apologia Plato tris illū accuſaſſe tradunt: Anytū Lyconē ac Melitū: Anytū quidē opificū ciuiliūq; partes tuētē: Lyconē orato℞. Melitū uero poetarū quod eos omnis carperet Socrates. Fauorinus in primo commentariorum uerā non eſſe Policratis in Socratē orationē tradit: quod ī ea facta ſit mētio murorum a Conone īſtauratorum. id uero factū cōſtat ſexto anno poſt mortē Socratis: ſic autē ſe habet. Enimuero cauſæ ipſius coniuratio hoc modo geſta ē. Seruatur eīm hactenus inquit fauorinus in metro .o Accuſauit melitus meliti filius pittheus Socratē Sophroniſci filiū alopecenſē de hiſce criminibus: iura uiolat Socrates: quos ex maiorū īſtituto ſuſcepit Ciuitas deos eſſe nō æſtimās. Alia uero noua dæmonia īducēs. Cōtra ius & fas iuuenes corrūpit: pœna illi mors. Phūs uero cū ſibi lyſias quā ꝑ ſe ſcripſerat apologiā recitaſſet: bona īquit & præclara ē oratio lyſia: mihi tamē minus congruit. Erat eīm illa plurimū iudicialis: q̄ ut phō cōuenire uideretur. Percōtāti lyſiæ cur ſi bona eēt non ſibi congrueret orō: nō ne īquit & īdumēta & calciamenta ſpecioſa eē poſſent: neq; tn̄ mihi cōuenire. Cū uero iudiciū ageretur: aſcēdiſſe platonē ī ſuggeſtū refert iuſtus tiberienſis ī ſtēmate ac dixiſſe: mīor natu cū ſim uiri atheniēſes hiſ ōibus q tribunal aſcenderūt: īterpellatūq; a iudicibus reclamātibus deſcēde. Dānatus igitur ē iudicū ducentis. lxxx. & una ſentētiis. Tractantibuſq; inter ſe iudicibus: qd illum

potius conueniret pati an pẽdere: uiginti & quĩq; dragmas ſolutuꝝ ſe dixit: q̃q̃ eubulides centũ eſſe pollicitũ dixerit. Veꝝ tumultuãtibus iudicibus: eorũ inquit gratia quæ a me geſta ſunt: cenſeo me in prytaneo publice ali. Tum illi adiectis aliis .lxxx. ſentẽtiis morte illum damnãt: & continuo coniectus in uincula poſt paucos dies uenenũ bibit: multa prius de immortalitate animoꝝ ac præclara diſſerens: quæ ĩ phædone Plato digeſſit. pæana quoq; illũ ſcripſiſſe pleriq; autumant: cuius ẽ initium Delie apollo ſalue: ſimulq; Diana pueri glorioſi porro Dionyſodorus pæana illius nõ eſſe memorat: fecit & æſopiam fabulam non multũ cõpoſite: cuius initiũ ẽ: Aeſopus hæc retulit & cætera: atq; ĩ hũc modũ Socrates exceſſit e uita. Athenienſibus eius facti tm̃ pœnitentiæ ĩceſſit mox: ut palæſtras & gynmaſia clauderẽt & alios quidẽ exilio: Melitum uero morte dãnarẽt: ſocratẽ aerea imagine publice honorauere quam a lyſippo perfectam ĩ urbis celeberrimo loco ſtatuerũt. Anytum ipſa die reuertentẽ Heracletæ exterminarũt: paſſi ſunt hæc atheniẽſes nõ modo ĩ ſocrate: uerum & ĩ aliis uiris illuſtribus permultis. Nanq; ut ait Heraclides homerum ueluti inſaniẽtem dragmis .l. mulctarunt. tyrtæumq; mentis impotẽ dixerunt: & aſtydamãtem primum ex ludo æſchyli ſapientiſſimum aerea imagine honorauerũt: Eis Euripides quoq; id exprobrat in Palamede innocuãq; muſam ĩſectatos clamans. Enimuero philochorus Euripidem ãte Socratẽ obiiſſe tradit. Naſcitur Socrates ut ait Apollodorus ĩ chronicis ſub apſephione ſeptuageſimæ & ſeptĩæ olympiadis anno q̃rto Thargelionis menſis ſexta: quo die luſtrãt Athenienſes Ciuitatem Dianãq; natã Delii tradunt. moritur prĩo anno nonageſimæ quintæ olympiadis .lxx. etatis ãno. eadẽ ferme Demetrius Phalerius ait. Sũt q ſexagenariũ obiiſſe referãt: uterq; uero Socrates & Euripides Anaxagoræ auditores fuere. Porro Euripides primo anno .lxxv. olympiadis ſub calliade ortus eſt: Videtur autẽ mihi ſocrates & de

naturalibus diſſeruiſſe:qñ quidem & de prouidẽtia plerũ
q; diſputat:ut Xenophon ait:& certe cũ de moralibus tã/
tũmodo uerba eũ feciſſe aſſeueret.Sed & Plato ĩ Apologia
mentioné Anaxagoræ faciẽs aliorũq; phyſicorum:quæ So/
crates negat:de his dicere ipſe cõprobatur:& quidẽ cũ ſua
omnia ſocrati ſemp attribuat. Refert Ariſtoteles magnũ
quẽdam ex Syria profectũ Athenas Socratẽ pluribus in re/
bus repræhendiſſe:uiolentãq; illi mortẽ futurã prædixiſſe.
Eſt noſtrum in illum epigramma iſtius modi.

Nunc bibe nam uere ſapientem dixit Apollo.
Socrates illuſtris & deus eſt ſophia.
Ciuibus ingratis data ſunt tibi dira uenena.
Aſt illi hauſerũt protinus ore tuo.

Bibe nũc illuſtris Socrates: Cecinit nã uere ſapientẽq; dixit
deus:at deus ſapiẽtia.Nam uenenũ quidẽ a ciuibus ĩgratis
accepiſti:ſed id illi tuo ore ebiberũt.Fuit eis ut r̃fert Ariſto/
teles ĩ tertio de poetica:cũ Antiocho lemnio & Antiphonte
contẽtio quẽadmodũ & Pythagoræ cũ Cydõe & Onata:ui/
uentiq; Homero cũ Sagari:uita functo cum Xenophane
memorato colophonio:Heſiodo itẽ uiuẽti cum cercope de/
functo cũ xenophane memorato.Pindaro cũ Amphimene
coo thaleticũ Pherecyde:Biantiq; cũ Salyro Prienæo:Pitta/
co cũ Antimenide:& alceo Anaxagoræ cũ Soſibio:Simoni/
deq; cum Timocreonte.Sed enim ex his qui ſucceſſere ſo/
crati appellãturq; ſocratici:nobiliſſimi ſũt plato:Xenophõ
& Antiſthenes:Ex his uero qui decẽ dicũtur:clariſſimi fue/
rũt q̃tuor:Aeſchines:Phædõ:Euclides: & Ariſtippus: prío
igitur dicendũ Xenophonte:deĩceps de Antiſthene ĩter Cy/
nicos:tũ de ſocraticis:atq; ita demũ de platone q & decem
ſectarũ princeps ẽ:primãq; academiã ipſe cõſtituit.Hic er/
go ſucceſſionis ẽ modus:fuit & alius ſocrates hiſtoricus qui
argos diligenter deſcripſit:alius item peripateticus Bithy/
nus atq; alius poeta epigrammatum & alius Cous qui de/
orum precationes inuocationeſq; conſcripſit.

Secundus

Xenophon.

x Enophon Grylli filius athenienſis:pago archieus
fuit.Erat autē uerecūdus:& ultra q̄ dici poſſit ſpe/
cioſus.Aiunt eū cū Socratē in āgiporto quodam
habuiſſet obuiū:Porrecto ab eo baculo tranſireprohibitū:
perconctāti uero ubi nā uenirēt quæ humanis uſibus accō/
modata ſunt ſingula:cū ille reſpōdiſſet rurſus:ubi nā boni
ac ꝓbi hoīes fieret rogarī perrexit.Ad hæc hærēte illo dixiſſe
ei Socratē:ſequere igitur & diſce:ex eo ſocratis auditor fa/
ctus primus omniū quæ dicebātur notis excepta ī publicū
ædidit cōmētaria inſcribēs primuſq; phōrum ſcripſit hiſto/
riam. Hūc adamaſſe cliniā Ariſtippus in quarto de antiqs
delitiis meminit atq; ad eū hæc dixiſſe.Nam nūc ego cliniā
gratius intueor:q̄ cætera oīa quæ ſunt īter homines ſpecio/
ſa & quæ ſūt dulcia hominibus: cæcuſq; mallem ad cætera
fieri dū unici cliniæ conſpectu fruerer.Angor noctu & ī ſō/
nis ꝙ illū non uideo:diei ac ſoli gratias ingētes ago ꝙ cliniæ
mihi faciem reuelant.In Cyri amiciciā hoc modo uenit: erat
illi familiaris quidā proxēus nomine:Boetius genere: diſci/
pulus Gorgiæ leontini cyroq; cognitus & carus:is apud Cy/
rum Sardis morabatur.Scripſit autē Xenophōti æpiſtolā
athenas accerſēs illū & Cyro amicū fieri ſuadēs:hāc ille So/
crati oſtēdit:conſiliūq; flagitabat.Eum ille delphos miſit:
in ea re dei cōſilio uſurū.Paruit Xenophon: ꝓfectuſq; ad
eū:rogat nō pergere ad Cyrū debebat nec ne:ſed quo pacto
ire:qua in re Socrates illū & ſi modice īſimulabat: ꝓficiſci
tamē monuit:ubi autē ad cyrū uenerat:ita ſe illi īſinuauit:
ut nō minus illi amicus caruſq; fuerit q̄ Proxenus:& alia q/
dem omnia quæ ī aſcēſu Cyri ac deſcēſu cōtīgere nobis ipſe
diligētiſſime tradidit.Inimicitias autē aduerſus Menonem
pharſaliū grauiſſimas exercuit:qui fuerat aſcēſus tempore
Peregrini militis ductor:cui īter cætera maledicta & illud
obiecit maioribus illo ſe uſū amaſiis.Apollonidi itē cuidā

exprobrauit: perforatis eſſe eū auribus dicēs: poſt aſcenſum uero & ponticas clades fœdera a Seutho odryſorū rege uiolata: ſe ī aſiā cōtulit ad Ageſilaum lacedæmōiorū regē: Cyriq; milites illi ſub mercede præſtitit: ac ſe illi penitus deuouit: amiciſſimuſq; fuit. Quo tēpore ꝙ laconicas partes tueri uideretur: exilio damnatus ab athenienſibus ē. profectus deīde epheſū dimidium auri quod ſecū tulerat: Megabyzo Dyanæ ſacerdoti ſeruandū tradit quoad reuerteretur. Sin autem ſtatuā ex eo confectā deo cōſecrare iubet: ex dimidio reliquo donaria ī Delphos miſit: inde cū Ageſilao in græciā ad bellū contra thebanos profectus ē lacedæmoniis cōmeatum illi ſupeditātibus. Hinc iā omiſſo Ageſilao in agrū heleæ ſcilluntē uenit ab urbe paruo ſpacio diſſeparatū. Sequebantur autē illū & Muliercula Phileſia noīe: ut refert Demetrius magneſius: & duo liberi Gryllus ac Diodorus ut ait Demarchus ī libro de repudio aduerſus Xenophontem: qui etiā gemini uocati ſūt. Adueniēte uero Megabyzo ſub occaſione publicæ feſtiuitatis receptis pecuniis prædiū emit & deæ conſecrauit: ꝙ amnis īterfluit Selenus epheſino fluuio æquiuocus. Hinc iam uenationibus īſtabat: amicis cōuiuia faciens hiſtoriaſq; conſcribēs. Refert Demarchus lacedæmonios illi domū agrūq; dediſſe. Philopidā præterea Spartiatā aiunt ad eum illuc dono miſiſſe. Mācipia ex dardāia captiua abducta: ipſumq; arbitrio ſuo illa diſpoſuiſſe quo tēpore helienſes ī ſcillūta cū exercitu profectos lacedæmoniis remorātibus agrū cœpiſſe. Tū uero Xenophōtis liberi cū paucis ſeruis clam ſe ſubducētes in lepræū conceſſere. Xenophon quoq; ipſe ī elim primo: poſtmodum ī lepræum ad filios uenit: atq; inde cum illis Corinthū profectus illic poſtea domiciliū habuit. Interea cū decreuiſſent atheniēſes afflictis lacedæmoniorū rebus opitulari: filios athenas militaturos pro lacedæmoniis mittit: apud Spartanos ꝗppe īſtituti fuerāt: ut refert Diocles ī uitis phōrū ex ea pugna diodorus nullo præclaro facinore illuſtriſ euaſit: eiq;

Secundus

filius ex fratris nomine fuit. Porro gryllus ĩter equites for-
tiſſime dimicans: erat aũt ea pugna circa mantiniã honeſta
morte defungitur magiſtro eqtũ Cephiſodoro: & Impato-
re exercitus Ageſilao: ut ait Ephorus ĩ quĩto & uiceſimo hi-
ſtoriarũ libro: ĩ ea dimicatione epaminondas thebanorum
dux cecidit. Fertur Xenophon coronatus ſacrificaſſe: & cũ
filiũ corruiſſe didiciſſet: coronã depoſuiſſe: ubi uero acriter
pugnauté oppetiſſe cõperit: eã rurſus capiti ĩpoſuiſſe. Sũt
qui illũ ne lacrymatũ quidé dicãt ſolũq; dixiſſe: ſciebã me
genuiſſe mortalé. Refert Ariſtoteles Grylli laudes: & epita-
phia tũc innumeros ſcripſiſſe: partim ut eius uirtus celebriſ
fieret: partim ité ut patri gratificarétur. Socraté item Grylli
laudes conſcripſiſſe Hermippus teſtis é ĩ libro de uita The-
opraſti. Timon eũ ut ſolet: carpit. Hæc uita Xenophontis
fuit: florebat maximo q̃rto anno nonageſimæ & quarte o-
lympiadis: aſcéditq; cũ Cyro ſub principe Xenæneto anno
uno ante Socratis morté. Obiit auté ut ait Steſiclides athe-
nienſis ĩ deſeriptione principũ & olympionicũ anno primo
céteſĩæ quĩtæ olympiadis ſub prĩcipe callide mede ſub quo
& Philippus Amyntæ filius macedõius regnabat. Obiit co-
rĩthi ut ait Demetrius magneſius: ad maturã iam ꝓuectuſ
ſenectuté: uir ꝓfecto cũ ĩ cæteris præſtans & bonus: tum e-
quorum uenationiſq; ac diſciplinæ militaris ĩprimis ſtudi-
oſus: ut ex libris ſuis intelligi datur. Religioſus præterea &
ſacrificiis intentus: ex eaq; fibras diiudicare doctus & So-
cratem ad unguem imitatus: ſcripſit autem quadragĩta li-
bros: aliis aliter eos diuidétibus aſcéſum Cyri cuius p ſingu-
los libros: nõ auté totius operis ꝓhæmiũ fecit: Cyri. i. ĩſtru-
ctioné cyri pædiã græcas res & commentaria ſympoſiũq; &
œconomicum: & de equeſtri: & de uenatiõe. Hirppachicũ
præterea & Socratis Apologiã & de ſeminibus. Hieronem
quoq; ſiue Tyrannicũ: Ageſilaumq;: & Athenienſiũ ac la-
cedæmoniorum ciuilitatem: quam nõ eé Xenophontis de-
metrius Magneſius teſtatur: fertur & Thucydidis libros

eatenus latētes cum ſubducere poſſet: ipſe prior in eius uiri gloriā in lucē dediſſe. Appellabatur autē muſa attica: pro dulcedine eloquii & incredibili facilitate. Quocirca & ſe inuicem ipſe ac Plato emulabantur: ut ſuo loco cum ad platonem uenerimus dicemus. Sunt autem & in hunc nobis epigrammata ſic ſe habentia.

Non ſolum ad perſas Xenophontem aſcendere cyrrus
Fecit: at ille iouis ſiquis agat repetit
Nāq; ſuæ oſtendens doctrinæ dogmata græca.
Socrati atq; bonum quam meminit ſophia.
Aliud ut mortuus eſt.
Cecropis & cranei Xenophon ſi ciuibus actus
  In exilium es: amici gratia cyrri
Hoſpitis excepit: ſed te ſtudioſa corinthus.
  Sic placeat illic & manere nouiſti.

Inueni alibi claruiſſe illū circa octogeſimam & nonā olympiadem una cū Socraticis cæteris. Iſtrus autem aſſerit illū ex decreto eubuli exulaſſe: eiuſdēq; poſtea ſentētia rediſſe. Septem uero fuere Xenophontes primus hic ipſe: ſecūdus Atheniēſis pythoſtiati illius frater: q theſeidos poema cōpoſuit: qui īter cætera Epaminondæ quoq; uitā cōſcripſit: ac Pelopidæ: tertius Cous medicus: quartus qui Hannibalis hiſtoriam ſcripſit: quintus q prodigia fabuloſa commētus ē: ſextus parius ſculptor egregius: ſeptimus antiquæ comœdiæ poeta.

Aeſchines.

a Eſchines charini lucanicas uēdētis ſiue ut uolunt lyſamæ filius Athenienſis a puero miræ Indolis: laborumq; patientiſſimus fuit. Quocirca & a ſocrate nūq̄ diſceſſit: atq; ideo Socrates de illo dicere ſolebat: ſolus nos honorare nouit Aeſchines. Hūc Idomeneus tradit in carcere fugam Socrati ſuadere tentaſſe: non Critonem: uerū Platonem cum amicior eſſet Ariſtippo Critoni

Secundus

uerba illa accõmodaſſe:uocatur ĩ ius Aeſchines: & ĩprimis
a menedemo eretrienſe:quod Socratis noĩe dialogos com/
plures ĩuexerit:quos a xanthippe ſe accepiſſe memorabat.
ex quibus illi ſunt q uocãtur acephali nimium flaccidi nec
Socraticã robuſtitatẽ aut copiã præ ſe ferẽtes:eos tamẽ Ae/
ſchinis nõ eſſe periſtratus epheſius aſſerit. Sed & plures ex
ſeptenario illo numero perſeus refert paſiphõtis eretrici eẽ:
atq; ab eo eſchinis inſertos libris. Antiſthenes quoq; paruũ
Cyrũ:& mĩorẽ Herculẽ:& Alcibiadẽ cæteroꝝq; libros ab eo
fuiſſe cõpilatos. Sunt autẽ Aeſchinis dialogi qui ſocraticũ
exprimũt morẽ ſeptem iſti primus Milciades:ideo quodã/
modo imbecilior ẽ:deinde callias:tũ Axiochus:Aſpaſia:al/
cibiades Telauges: & Rinon. aiunt ipſũ inopia ad actũ ue/
niſſe ĩ Siciliã ad dionyſiũ:atq; a Platone deſpectũ ab Ari/
ſtippo fuiſſe illi cõmendatũ:ibiq; ꝓlatis dialogis quibuſdã
accepiſſe munera:demũ Athenas reuertiſſe: ibiq; minime
phãri auſum ꝙ illic Platonis & Ariſtippi eſſet clariſſimum
nomẽ:auditores ſibi ſub mercede quæſiuiſſe:deinde ĩ defẽ/
ſionẽ ĩnocẽtũ ſe ad ſcribẽdas oratiões iudiciales cõuertiſſe:
atq; ideo Timonẽ de illo dixiſſe referũt:ꝙ ĩ perſuadẽdo po/
tens fuerit. Aiunt illi dixiſſe Socratem cũ præmeretur ĩopia
ut a ſeipſo uſuras exigeret ſibi ſubducendo cibaria. Huius
dialogos Ariſtippus etiã ſuſpectos habuit. Deniq; dum eos
Megaris legeret reprehendiſſe ferũt:ac dixiſſe unde tibi iſta
latro? refert Polycritus mendeſius ĩ primo de dionyſio ui/
xiſſe illũ cum Tyrãno iugiter quoad tyrannide exciderit: &
uſq; ad Dionis in Syracuſas reditũ:cum illo aſſerẽs & Car/
cinum comicũ fuiſſe:fertur & eius ad dionyſium epiſtola.
Erat autẽ ĩ arte oratoria maxime exercitatus ut ex ea orati/
one quã ꝓ defenſione patris Phæacis magiſtri Militũ ſcri/
pſit:& ex eo ꝙ gorgiã leontinũ imitatuſ ẽ maxime cõſtat.
Scripſit autem & lyſias orationme contra illum:quã inſcri/
pſit de calumnia. Ex quibus profecto liquet oratorem præ/
cipuum fuiſſe : erat ei & familiaris quidam ariſtoteles

nomine cognomēto mythus. Panætius omniū Socraticoꝝ ueros eē dialogos cenſet: Platonis: Xenophontis: Antiſthenis: Aeſchinis: de phædonis tantū & euclidis ābigit: cæteros dānat: octo aūt fuerūt hoc nomine: primus hic ipſe: ſecundus q artē oratoriā ſcripſit: tertius orator Demoſthenis æmulus: q̄rtus Arcadia ꝓfectus Socratiſq; diſcipulus: qntuſ Mityléæus: quem & flagellum oratoꝝ uocabāt: ſextus neapolitāus Acadēicus phūs melādii rhodii diſcipuluſ idēq; pædica: ſeptiūſ mileſiuſ ciuiliſ ſcriptor: octauus ſtatuarius

Ariſtippus.

a Rriſtippus genere Cyrenaicus fuit ꝓfectū uero Athenas Socratis fama percitū Aeſchines tradidit. Is ut ait phanias peripateticus eteſius primus Socraticorum mercedē exegit: & quæſtu phātus ē: magiſtroq; pecunias mittebat: cui cū aliquādo uiginti minas miſiſſet: ille eas cōtinuo remiſit aſſerēs deū id ſibi non permittere. Diſplicebat id quippe Socrati: Xenophon quoq; aduerſus eū infeſto fuit aīo. Quocirca & librū cōtra uoluptatē ī Ariſtippum ſcripſit aſſertorē uoluptatis: eāq; Socrati diſputationem aſſignauit. Theodorus quoq; in libro de ſectis illū cōuitiis agit: & Plato ī libro de aīa ſicut in aliis memorauimus. Erat autē ei ingeniū facile: & congruere loco tēpori pſonæ nouerat: omnēq; conueniētiæ ſimulare rationē. Quāobrē & dionyſio plus cæteris ꝓbabatur: quia ad ōne quod emergeret bene affectus īſtructuſq; uidererur. Nā ut percipiebat pn̄tiū uoluptatē: ita ut abſentibus frueretur nō laborabat. Vnde & diogenes ipſum regiū appellabat canem: eūq; timon ut nimis delicatū acriter mordet: aiunt illū aliquando iuſſiſſe perdicē quinquaginta drachmis emi. Tantū luxuriæ grauiter ferēte quodā reſpondiſſe: Tu iſtā obolo nō emeres: & cū ānuiſſet ille mihi uero īquit quīquagīta drachmæ tantum ualent. Tres formoſas meretrices ei in-

conſpectū dari aliqn̄ dionyſius iuſſit: eūq; quā ex illis uel-
let eligere: Tum ille tres ſimul abduxit: dicēs neq; paridi tu-
tū fuiſſe quod unā prætulerit cæteris. Eas igitur ad ueſti-
bulum uſq; deduxit ac dimiſit: adeo erat & ī eligēdo & īcō-
temnēdo facilis: Ideoq; ſtratonē ſiue ut alii uolūt platonē
ad eū dixiſſe tradūt. Tibi ſoli & chlamydē & pānū ferre da-
tum ē. conſputus a dionyſio modice tulit: eā iniuriā cū qui-
dā ægre ferret: piſcatores īquit ut gobiū rapiāt: mari patiū-
tur aſpergi: & ego ut balenū accipiā: nō patiar excreatione
reſpergi. Prætereuntē quādoq; Diogenes olera abluens ob-
iurgauit & dixit: Iſta tu ſi parare tibi didiciſſes: Tyrannorū
aulas nō adeo fœdus aſſentator adires. Tu uero ait ille ſiq-
dem cōuerſari cū hominibus ſcires: olera ꝑfecto non lauiſ-
ſes. Interrogatus qdnā ſibi ex phīæ ſtudiis quæſiſſet: Poſſe
inqt ōibus fidēter loqui. Cū probro ſibi daretur ꝙ præcioſe
& exquiſitiſſime uiueret: ſi uituperandū ait hoc eēt: in cele-
britatibus deoꝝ profecto nō fieret. Rogatus aliqn̄ qd habēt
amplius phī: ſi omnes inqt leges ītereāt ſimiliter uiuemuſ.
Percontāti dionyſio cuius rei gratia phī diuitū limina te-
runt: philoſophorū uero diuites non ita: ꝙ illi īquit ſciunt
quibus indigēt: iſti neſciūt. Interrogatus quo differant do-
cti ab indoctis? quo īquit domiti equi ab īdomitis. Ingreſ-
ſus aliqn̄ meretricis cellulā: cū erubeſceret quidā ex his qui
cū eo erāt aduleſcētibus: nō īquit ingredi ſed egredi nō poſ-
ſe turpe ē. Cum a quodā ſibi ꝓpoſitum eēt Enigma & ut
ſolueret importune ab eo ipſo qui ꝓpoſuerat reqreretur:
quid īquit O ſtolide uis ut ſoluā quod etiā inuolutū nobis
negotia præbet? Melius eē dicebat mendicū euadere q̄ īpe-
ritū. Illic enim pecuniis: hic humanitate īdigetur. Cum ali-
quando conuitiis ageretur abibat: inſectatore uero proſe-
quente ac dicente cur fugis? quoniam inquit maledicendi
tu poteſtatem habes: ego non audiendi. Iudignanti cuidā
ac dicenti cur philoſophos cerneret ſemper obſidere diuitū
fores: & medici inquit languētium ianuas frequētāt. Non

tamen ideo quiſpiã ĩfirmari mallet q̃ mederi: Corĩthũ nauigabat aliquãdo: & cũ tempeſtate iactaretur turbari cæperat: ĩ ea perturbatiõe cuidã inſultanti ac dicenti. Nos imperiti nõ metuimus: uos philoſophi cur trepidatis: non enim inquit de eadẽ aut ſimili anima utriſq; noſtrũ cura et metus incumbit: glorianti cuidã quod multa didiciſſet: ait ſicuti nõ hi qui plurima comedũt et excercentur melius ualent q̃ qui ſumũt neceſſaria: ita nõ qui plurima: ſed qui utilia legerũt ſtudioſi habendi ſũt & eruditi. oratori qui cauſã pro ſe dixerat et uicerat: ſciſſitãti quid te adiuuit: Socrates: hoc inquit ut oratio quã pro me et de me habuiſti: uera ſit: Aretã filiã præclaris monitis inſtituebat docẽs eſſe nimietatis cõtemptricem. Rogatus a quodã quonam melior euaſurus eſſet filius ſi erudiretur: et ſi nulla inquit alia ĩ re cærte uel in theatro non ſedebit lapis ſuper lapide: cum ſibi quidam commendaſſet filium: quingẽtas poſtulauit Dragmas: cui ille cũ diceret tãti emere mãcipiũ ualeo. E me inquit & habebis duo: pecuniã ſe ab amicis accipere dicebat: nõ ut ipſe utereur ſed ut ſcirẽt illi quas ad res pecunis uti conueniat: Probro illi ſemel obiiciẽtibus cur ĩ cauſa propria cõduxerit rhetorẽ: atqui ĩquit & cocum dũ cœnã facio conduco. cogẽte aliquãdo dionyſio ut aliqd ex phĩa loqueretur: ridiculũ ait ẽ: Siquidẽ me ut loquar ĩterrogas & qñ loqui oporteat ipſe me doces. Ad hæc ĩdignatus dionyſius extremũ omniũ fecit accũbere. Sed ille illuſtrẽ ĩquit hunc locũ fieri & apparere uoluiſti. Gloriabitur quidam ac ſibi applaudebat de natandi peritia: ad quẽ ille nõ erubeſcis ĩquit ĩ his quæ delphinis ꝓpria ſunt gloriari: Interrogatus qd differat ſapiẽs ab inſipiẽte. Mitte ait ambos nudos ad ĩcognitos & diſces. Exultanti cuidã ꝙ multũ bibens nõ ĩebriaretur: hoc inquit & mulus facit. Ad eũ qui ꝙ meretrici cohabitaret arguebat: Dic age ĩquit nũqd differat eam domũ accipere quã multi aliquando inhabitauerint: aut quam nemo: Negãte illo quid inquit: Num differre putas ea naui ferri in qua in

Secundus

qua ĩ numeri ſæpe nauigauerĩt ſiue ĩ qua nullus? Minime ĩquit ille: num ergo inqt differt: utri mulieri cogrediare ei neq; multis fuerit expoſita: an ei quæ nullis. Culpatus cur ex ſocratis diſciplina ueniẽs pecuniã acciperet: & merito inquit. Nã Socrates cũ ſibi plæriq; mitterẽt triticũ & uinum paucis ĩ ſuos uſus reſeruatis: remittebat rliqua: habuit qppe ille penuarios Athenienſiũ prĩcipes. Ego autẽ Eutychidẽ emptitiũ ſeruũ: utebatur & Laide meretrice ut rfert ſotion in ſecũdo ſucceſſionũ libro: qua ex re cũ ſugillaretur a plurimis habere ſe Laidẽ rẽſpondit non a Laide ſe haberi: Nam continere ſe a uoluptatibus neq; eis manus dare præclarum eẽ: non earũ ſibi uſum interdicere. Exprobrantẽ ſibi lautiores & delicatos cibos hac ratione cõpeſcuit: tũ ĩquit iſta tribus obolis non emeres? Fatente illo: nõ tam igitur ĩquit ego uoluptati ſtudeo q̃ tu auaritiæ. oſtẽdebat ei ſimus dionyſii quæſtor magnifice ĩſtructas ædes & pauimẽta præcioſa. Erat autẽ phryx: tum ille ſputa quam maxime potuit ei in faciẽ conieciit. Indignante illo nõ habui ĩquit opportuniorem locũ. Charondæ ſiue ut quidã uolũt phædoni ĩterroganti quiſnã eſſet unguentis delibitus: ego ĩquit ĩfœlix & me infœlicior Perſarũ rex. Cæterũ uide ne ut cæteræ animantes propterea nihil ſui iuris amittunt: ſic nec homo quidẽ. Mali uero male pereant Cynædi: qui unguenta præcioſa nobis exprobrant. Platone magnifici illum apparatus & præcioſe ſuppellectilis inſimulante: Num ait bonus tibi dionyſius uidetur: fatente illo: at qui uiuit ĩquit ille quam ego magnificẽtius. Nullo igitur impedimẽto ẽ ad bene uiuendũ lautior uictus. Interrogatus quomodo Socrates obiſſet diem? utinã inquit ſic ego: intrauit ad illũ aliquando Sophiſta Polyzenus intuituſq; mulieres cõpoſitas & magnifice inſtructũ conuiuium accuſare luxum eiuſmodi cæpit: Cõtinuit ſe ille modice ac demũ poteſ ne ĩqt hodie nobiſcũ eẽ: Et cũ ille ãnuiſſet cur ergo ĩquit quereris: nẽpe. n. certũ eſt te non dedicatiorẽ menſam accuſare ſed ſumptũ

Geſtabat eius famulus ĩ itinere pecuniã: & cũ premeretur onere: effũde ait quod nimis ẽ: & fer ea quæ præuales: teſtatur id Bion cũ aliqñ nauigaret didiciſſetq; nauẽ eẽ pyraticã acceptũ aurũ numerabat: deĩde quaſi ĩprudenti & inuito lapſũ e manibus iactauit ĩ mare: ingemuitq; grauiter. Sũt q illũ & hæc dixiſſe memorarent: melius eſt ut hæc ab Ariſtippo: q̃ ariſtippus ꝓpter iſta pereat. Interrogãti dionyſio ad qd ueniſſet: ut inqt quæ habeo ĩpertiar: quæ non habeo accipiã. Alii ſic eũ reſpondiſſe referũt: quãdo ſapientia egebam Adii Socratẽ: nũc pecuniarũ egens ad te ueni. Arguebat maxime hoĩes qꝑ ĩ auctionibus quidem uaſa ĩſpicerẽt: uitã uero ne quicq̃ probarent. hoc alii diogenis fuiſſe uolũt iuſſerat aliquando dionyſius in conuiuio ut ſinguli ĩ ueſte purpurea ſaltarent: id Plato renuit dicens nõ poſſe induere fœmineã ueſtem. Sumptam uero Ariſtippus ſe induit: & cum ſaltare ĩciperet: proprie prompteq; dixit: Et inter bacchanalia pudicus nõ corrũpitur: Orabat aliqñ pro amico dionyſiũ & cũ repelleretur ad pedes eius corruit: Id factum cũ argueret quiſpiã non ego inqt ĩ culpa ſum: ſed dionyſius qui aures habet ĩ pedibus. morabatur in aſia: & cum ab Artapherne ſatrapa fuiſſet cõprehẽſus ĩterrogatus a quodam an ibi cõfideret: quaſi uero inqt O ſtulte magis unq̃ fidens fuerim q̃ modo ſum. Allocuturus Artapherne eos q liberalibus ĩbuti diſciplinis phĩam neglexiſſent Penelopes aiebat procis eſſe ſimillimos. illos eĩm & Melãtho & polydoram & ãcillas alias cũctaq; potius habere q̃ dominæ ſuæ nuptias ſperare potuiſſe. Simile quidã & Ariſto dixiſſe fertur. Vlyxem qppe cũ deſcendiſſet ĩ infernum mortuos fere uidiſſe omnes: allocutũq; eſſe: Reginã uero ipſam ne uideṙ quidem potuiſſe. Ariſtippus uero rogatus quænam iuuenes oporteat diſcere: ea inqt quæ uiris uſui futura ſũt. Ex ꝓbrãti cuidã cur a Socrate ad dionyſium ſe contuliſſet: atq; inqt ad Socratem diſciplinæ indigens profectus ſum: Ad dionyſiũ autẽ pecuniæ egenus ueni. multas iam pecunias

Secundus

cõſecuto cũ diceret Socrates unde tibi tam multa: Ille ĩquit unde & tibi pauca. Dicẽte ſibi ſcorto ex te cõcipio: Nõ inqt hoc magis noſti: q̃ ſi p ſpinas dẽſiſſimas pgẽs dicere poſſes iſta me pupugit. Cauſante quodã cur filiũ quaſi non ex ſe natũ ꝓiiceret: An uero inqt ignoramus & pituitã & pediculos ex nobis gigni: quæ tñ uelut ĩutilia q̃ longiſſime ꝓiicimus. Cũ a dionyſio pecuniã ipſe: Plato librũ accepiſſet: Inſimulãte ſe quodã ego ĩquit pecuniis ĩdigeo; Plato libris pcontãti cui rei gracia ſe dionyſius argueret: eius ait cuius illũ arguũt cæteri. poſtulabat pecuniã a dionyſio: & ille dixiſti ĩqt nõ egere ſapientẽ. Da ĩqt ille & poſtea de his quæramus: & cũ dediſſet uides ne ait me non ĩdigere. Dicẽte ad eũ Dionyſio qui eĩm ad tyrannũ ꝓficiſcitur illius ẽ ſeruus q̃uis liber fuerit. Non ẽ ĩquit ſeruus ſi liber uenit: hoc diocles fert de uita philoſophoꝝ libro. Alii platonem id dixiſſe tradũt. Iratus Aeſchini non multo poſt redibimus ait ĩ gratiam: neq; delirare deſiſtemus. Nũ exſpectabis quo ad qſpiam de nobis ſcurra loq̃tur ad Calicẽ: Et ille grato ĩquit animo: Meměto ergo ait Ariſtippus ꝙ ad te cũ maior eſſem natu prior acceſſi: Et Aeſchines recte ĩquit p Iunouẽ dixiſti. nam me multo ꝓfecto melior es: ego eĩm inimiciarum: Tu amicitiæ princeps fuiſti: Et iſta quidem de illo referuntur. Fuerunt autẽ ariſtippi quatuor: primus iſte de quo nobis ſermo ẽ: Secundus qui Arcadiæ hiſtoriam ſcripſit: Tertius qui ꝙ a matre doctus eſſet Metrodidactos dictus eſt prioris nepos filiæ. ſ. filius: Quartus ex noua Academia profectus: Huius autem Cyrenaici philoſophi libri iſti memorantur tres hiſtoriæ lybicæ libri ad dionyſium miſſi: Dialogi. xxv. Alii quidẽ attica: Alii uero dorica locutione ſcripti. Sũt autẽ hi Artabazus ad naufragos: ad fugitiuos ad pauperem ad laidem ad porum ad laidem. Itẽ de ſpeculo Hermias in ſomnium ad eum qui præerat poculo philomelus ad domeſticos: ad increpantes cur uetuſtum uinũ ſcortaq; poſſideret. Ad uituparãtes ꝙ magnifice inſtrueret mẽſam.

liber

Epiſtola ad Areté filiã: ad eũ q ſeipſũ exercebat in olympia ĩterrogatio: alia ĩterrogatio chria neceſſitas ad dionyſium: alia de imagine: alia de dionyſii filia ad eũ q arbitrabatur ſe contéptui & ignominæ haberi: ad eum q cõſulere moliebatur. Pleriq; illũ & diatribarũ ſex libros explicuiſſe aſſerunt. Alii penitus ſcripſiſſe negãt: ex qbus é Soſicrates rhodius. Porro & Sotion ĩ ſecũdo & Panætius hæc illũ ſcripſiſſe referunt uidelicet de diſciplina de uirtute exhortatorius artabazus naufragii fugitiui diatribarũ libri. vi. neceſſitatũ libri tres ad laidé ad porũ ad ſocraté de fortuna: finé uero declarauit lené motũ ad ſenſum emanãté: Age uero qm̃ ipſius uitã deſcripſimus: Nunc eos q ab illo fluxere Cyrenaicos ſuo ordine ꝓſequamur: Ex his alii quidé hegeſiacos annicerios alii: alii Theodorios ſe ipſos appellauere. Sed & illos nihilominus q̃ a phedone manarũt: ex quibus eretricos nobiliſſimos dixere. Sic auté illoꝝ ſerié receſeamus Ariſtippum audiuit aretæ filia & æthiops Ptholomæus & Cyrenæus antipater. Aretæ uero auditor fuit Ariſtippus metrodidactos cognominatus. eius uero Theodorus primo Atheoſ deĩde theos appellatus é. Antipatrũ Epitimedes Cyræneuſ audiuit: eius paræbates auditor fuit: paræbatis Hegeſias q piſithanatos é dictus & aniceris: a quo plato redéptus é. At eĩm q Ariſtippi ĩſtituta ſeruauere: & ab illo Cyrenaici ſunt appellati hiſce opinionibus utũtur. Duas pturbatiõeſ ponunt doloré & uoluptaté: uoluptatem lené motũ: dolorem uero aſperũ motũ appellãtes: nihil differre a uoluptate uolũtatem: neq; plus altera mulcere alterã: atq; illã qdem cũctas animãtes adſciſcere: hũc autem aſpnari. Voluptatem autem corporis ĩtelligũt: quã & finem eſſe dicunt: ut & Panætius ĩ libro de ſectis tradit nõ eã quæ ĩſtatu ſit: & doloris priuatione cõſiſtit: & ueluti a turbatione õni quietem agit: quã ſuſcepit Epicurus finemq; cõſtituit. Videtur auté eis finis a beata uita differre: finem quippe eſſe particularem uoluptatem: beatã aũt uitã ſiue fœlicitatem uoluptatum

Secundus

particulariũ conſtare conuentu: qbus & præteritæ connumerãtur & futuræ: Patricularẽ quoq; uoluptatẽ ꝑpter ſe eligendã: fœlicitatem uero nõ ꝑpter ſe ipſã: ſed ꝑpter particulares uoluptates expetendã. Teſtimonio nobis eẽ finem habendã uoluptatem ꝙ a pueris hãc nobis natura conciliauerit & abſq; iudicio rationis: & cũ illa fruimur: nihil ãplius ĩquirimus: ꝙq; nihil æque ad dolorem naturaliter fugimus: uoluptatem præterea bonũ eſſe & ſi a turpiſſimis ꝑueniat rebus: ut ait Hippobotus ĩ libro de ſectis. Et ſi eĩm fœda ſit actio uoluptatem tñ p ſe ipſam eligẽdã eẽ bonũq; exiſtimãdã. Porro illa doloris ãmotio quã tuetur epicurus eis nõ uidetur uoluptas eẽ: neq; priuatio uoluptatis dolor: utraq; eĩm eẽ ĩ motu cõſtituta: cũ nõ ſit motus doloris uoluptatiſq; priuatio. Quippe doloris illa uacatio ueluti dormientis ſtatus eſt: poſſe quoſdã aiũt uoluptatem minime appetere p animi ꝑuerſionem: non tñ omnes animi uoluptates ac dolores ĩ corporeis uoluptatibus & doloribus fieri: Quippe q̃libet ſimplici ex patriæ proſperitate ſiue priuata fœlicitate gaudiũ gigni. Immo ne ex memoria quidem ſeu expectatione bonoꝝ uoluptatẽ ꝑfici dicũt quod placet epicuro. Nã tẽpore motũ animi effluere: ne ſolo qdem uiſu uel auditu uoluptates cõſtare poſſe: qñ & eos q lamenta imitãtur: grate ac libenter audimus: ueras aũt lamentationes ĩgrate atq; ĩiocũde. Porro priuationem huiuſmodi aut uoluptatis aut doloris medios ſtatus appellabãt: Longe tñ eſſe præſtãtiores corporũ q̃ animoꝝ uoluptates detetioreſq; corporis q̃ animi angores: quocirca & his peccantes magis cruciari. Durius qppe dolore: lætari uero familiarius & gratius arbitrabãtur: Quo circa & maior illis erat corporis cura q̃ animi: Vnde cũ inde quoq; cõſtet eligendã uoluptatem: pleraq; tñ quæ ſũt efficientia q̃rũdam uoluptatũ cũ ſint moleſta ſæpe aduerſari: ut difficillima eis uideatur uoluptatũ congeries: quæ beatam uitam efficere non poſſit. placet autẽ eis neq; ſapientem ſemper in uoluptate uiuere

neq; rurſus iſipientē ſemp ī dolore:uerū maiore ex parte ſic utrūq; affici.Satis autē eſſe ſiqs uel p unā īcidentē uolup/tatem ſuauiter afficiatur:prudētiam qdem bonū eē aſſerūt nō autē ꝓpter ſe ipſam appetendā:ſed eoꝝ gratia quæ no/bis ex illa proueniūt:amicū neceſſitatis cauſa amplectēdū. Nam & corporis partes q̄ diu adſunt adamari:uirtutes q̄ſ/dam ſtultis & cōmunes eſſe:corporis exercitationē conferre ad uirtutem capeſſendā:ſapientem nunq̄ inuidia tentādū: neq; cupiditati neq; ſuperſtitioni nūq̄ ceſſurum.Iſta enim ex inani opinione contīgere:metu tamē & dolore pulſādū. Id quippe naturaliter fieri:diuitias præterea uoluptates ef/ficere:neq; per ſe appetēdas:perturbationes itē cōprehendi poſſe dicebāt:non autem etiam ex quibus fiunt.Naturaliū rerum inqſitionē omittebāt:q̄ cōprehēdi non poſſe mani/feſte colligerēt.Logicem ꝓpter ſūmū eius uſum attīgebāt. Enimuero meleagri ſentētia eſt ī ſecūdo de opinionibus: & clitomachi ī primo de ſectis eos & phyſicam & dialecticam æque aſpernari:poſſe eīm & apte dicere:ac extra ſupſtitio/nem eſſe:mortiſq; metū effugere:q rationē bonorū maloꝝ q; didicerit.Nihilq; natura iuſtū eē aut honeſtū uel turpe: ſed cōſuetudine ac lege:Vir tamē bonus nihil agit neqter ob imminētia damma : opinioneſq; infauſtas euitandas: eſſe aūt ſapientē propoſitū eis ad profectū qui uel in phīa uel ī cæteris bonis & honeſtis artibus nō ſatis promouerūt. Aiunt & dolore affici aliū alio magis: ſenſuſq; nō ſemper uera renūciare. Verumeīm hi qui dicūtur hegeſiacii eandē ſane de uoluptate ac dolore ſeruauere ſentētiam. præterea neq; gratiā eē aliquid:neq; amicitiā: neq; bñficiētiā:q̄ iſta nō per ſe ipſa appetamus:ſed uſus ac neceſſitatis gratia: ac propter eos:q ſi ſint:illa nec ſubſiſtere quidē. eſſe aūt im/poſſibile accumulate cōtingere beatā uitam.Corpus qppe morbis multis paſſionibuſq; obſideri.animā uero corpori cōpati:& una turbari cōplura.Itē quæ ſperemus a fortuna impediri.ꝓpter iſta igitur atq; huiuſmodi beatam uitam

non poſſe ſubſiſtere. Vitam præterea ac mortem eligendã.
natura item ſuaue atq; inſuaue nihil opinabantur: cæterũ
propter rerum uel raritatem uel nouitatem uel ſatietatem
lætari alios: alios angi: diuitias uel paupertatẽ nihil ad uo-
luptatis ualere rationem: neq; enim aliter ea uoluptate di-
uites q̄ pauperes affici. Seruitutem æque atq; libertatẽ no-
bilitatem atq; ignobilitatẽ gloriã uel ignominiã nihil dif-
ferre ad uoluptatis modum: atq; inſipienti quidẽ expedire
ſi uiuat. Id uero ſapiẽti ĩdifferens eſſe. Sapientẽ ſui ipſius
gratia cuncta facturũ: Aliũ quippe neminem æque ac ſe di-
gnum arbitrari: quãlibet enim ingentia uideatur ab eo cõ-
ſecutus: nõ tamen eorũ quæ ipſe præſtiterit: merita æquarĩ.
Tollebãt & ſenſus: ut qui certam nõ inferrent notionem:
qui irrationabiliter agere cũcta uiderentur: eorum peccata
ueniam dicebãt promereri: neq; eĩm ſponte peccare ſed ali-
qua perturbatione coactus. Non odio quẽq̄ habiturũ ſed
potius eruditurũ. Sapientẽ non adeo in bonorũ electionẽ
inhæſurum ut in malorũ fuga finem conſtituẽdo ut neq; ĩ
labore neq; in dolore uiuatur. Id quippe illis eſſe ꝑtum qui
circa efficiẽtia uoluptatum neutram in partem ĩclinatiores
ſunt. Porro annicerii in cæteris ab iſtis nõ diſſentiunt: Re-
linquunt autem amicitiam in uita & gratiam: honoremq;
aduerſus parentes & pro patria præclarũ aliquod facinus.
Quocirca q̄uis moleſtias ſapiens ac negocia ſubeat: nihilo-
minus beate uicturum & ſi minimum uoluptatis illi ſup-
petierit: Amiciq; fœlicitatẽ non per ſe appetendã neq; eĩm
proximi patere ſenſui: neq; eĩm ſatis eſſe in rationẽ momẽ-
ti ut confidere poſſimus: & multorũ opiniõe celſiores eua-
dere oportere: denuo bene conſueſcere: ꝓpter inolitam & ĩ-
ſitam nobis affectionem uicioſam: amicum nõ ꝓpter uſũ
ac neceſſitatem ſolummodo ſuſcipiendum q̄ ꝓfecto ſi de-
ſint non erit ille aduerſandus: Verũ etiam ꝓpter inſitã be-
niuolentiam: cuius gratia dolores quoq; eẽ ſubeũdos: q̄uis
eĩm finem in uoluptate conſtituãt angãturq; ſi illa priuari

contingat: ſponte tamen ſuſtinendos dolores uolunt pro ſummo in amicum ſtudio affectuq; ſingulari.

Theodori.

q Vi autẽ Theodorii ſũt appellati a theodoro quem prædiximus traxere cognomen: eiuſq; decretis uſi ſũt. porro Theodorus ipſe õnes de diis opiniones ſuſtulit. Deniq; librũ ipſius de diis ĩſcriptũ offendimuſ nõ cõtemnẽdũ: ex quo & Epicuꝝ cõplura ſũpſiſſe aſſerũt. Audiuit aũt anniceridẽ dionyſiũq; dialecticũ ut ait Antiſthenes in phõrum ſucceſſionibus: finẽ opinatus eſt gaudiũ & mœrorẽ. Alteꝝ cõſtare prudẽtia: alterũ uero ĩprudẽtia: bonã eſſe prudẽtiã atq; iuſticiã: mala uero cõtrarios habitus: media uoluptatem & dolorem. Suſtulit & amicitiam ꝙ ea neq; ĩſipientibus adſit neq; ſapientibus: ĩ illis eĩm ſublato uſu amicitiã quoq; euaneſcere. Sapientes uero cũ ſibi ipſis ſufficiãt amicis nõ ĩdigere: ꝓbabile dicebat prudentem uiꝝ non ſe ipſum pro patria periculis exponere: neq; enim pro inſipientiũ commodis amittendã eſſe prudentiã: eſſeq; patriam mundũ: furto quoq; & adulterio & ſacrilegio cum tempeſtiuũ erit daturum munus ſapientem. Nihil quippe horum turpe per naturam eſſe: ſed auferatur de hiſce uulgaris opinio quæ & ſtultorũ imperitorũq; plebecula cõflata eſt ſapientem publice abſq; ullo deprehenſionis rubore ſcortis congreſſuꝝ: Agebatq; iſtiuſmodi argutiis: nonne mulier litteris ĩſtructa utilis erit: quia litterata eſt aſſentiebatur: & puer itidem & adoleſcens utilis erit: quia litteraturam callet? Ita ſane: Et mulier igitur utilis eſt quia pulchra erit: Et puer & adoleſcens utilis ꝑfecto erit: qa formoſus ẽ: Concedebatur. Et puer igitur & adoleſcens pulcher ad hoc erit ꝑfecto utilis ad quod formoſus natus ẽ: Aſſẽtiebatur. ẽ autẽ utilis ut ei congrediamur: Quibus conceſſis ĩferebat:

Secundus

Si quis itaq; utatur eiuſmodi congreſſiõe:quãdo id utile ẽ
nõ peccabit:Neq; igitur ſi utatur pulchritudĩe dũ id utile
ẽ peccat.His igitur atq; huiuſmodi ĩterrogatiunculis audi/
tores capiebat. Videtur autẽ idcirco appellatus deus: ꝙ cũ
illũ ſtilpo pcontatus eẽt:putas ne theodore te id eſſe quod
diceris:atq; ille fateretur:Deus ergo ĩquit es:id cũ ille grate
accepiſſet:Subridẽs ait atqui O fatue ea ratione & cornicẽ
te eſſe fatereris & alia huiuſmodi ĩnumera.Cũ aſſideret a/
liquando Theodorus Euriclidi hierophantæ: Dic mihi ait
Euryclides qui nã ſunt q circa myſteria impii ſũt:cũ reſpõ/
diſſet ille:eos eiuſce criminis reos teneri:q ea nec dũ initia/
tis aperirẽt:& tu ergo ĩquit impius es:q iſta non dũ ĩitiatis
pandis.Parũ autẽ abfuit:quin periclitaretur:ille abduci in
auriumpagũ niſi eũ Demetrius phalereus eruiſſet. Ambi/
crates uero ĩ libro de uiris illuſtribus ait illũ dãnatũ uene/
nũq; bibiſſe.Cũ uero apud Ptolemæũ lagi filiũ moraretur
Legatus aliqñ ad Lyſimachũ ab illo miſſus ẽ: magna uero
fidutia utẽti ait Lyſimachus. Dic mihi theodore nõ ne tu
Athenis excidiſti:Et ille ĩquit:Nã me Athenienſiũ Ciuitas
ferre nõ ualẽs:nõ ſecus ac ſemele dionyſiũ expulit: rurſus
dicẽti Lyſimacho:Caue ne ulterius ad nos ꝓficiſcare nõ in/
quit reuertar:niſi me mittat Ptholemæus.Aderat mythrus
lyſimachi diſpẽſator:is cũ diceret uideris nõ ſolũ deos ueꝝ
& reges ignorare:quo pacto illos ignoro: quãdoquidem te
diis inimicũ puto:fertur cũ aliqñ corynthum ueniſſet:ma/
gna diſcipuloꝝ turba comitatus:& metrocles cynicus ſcan/
dicas ſilueſtre olus abluens ei diceret at o ſophiſta ne/
quãq̃ multis diſcipulis egeres ſi olera dilueres: dixiſſe &
tu ſi cum hominibus cõuerſari didiciſſes:profecto iſtis ole/
ribus nõ uterere.Simile quidam ut ſuo loco diximus de di/
ogene & Ariſtippo memoratur:huiuſmodi theodori fuiſſe
uitã ac doctrinã comperimus.Demum uero cyrenem pro/
fectus apud mariũ cum grãdi honore diutius uixit: ubi cũ
primum eiicerentur:nõ in lepidum quidam dixiſſe fertur.

Male ĩquit facitis uiri Cyrenaici: q me ex libya ĩ græciã exu-
lem agitis. Fuerũt autem theodori uiginti: Primus Samius
rhœci filius qui conſuluit carbones fundamentis epheſini
tẽpli ſubiici. Nã cũ humidus eſſet locus carbones ait omiſ-
ſa ligni natura ſoliditatẽ accepiſſe humori ĩuiolabilẽ: Secũ-
dus Cyrenaicus geometra: cuius & Plato auditor fuit: Ter-
tius hic ipſe philoſophus: Quartus cuius fertur libellus de
uocis exercitatione: Quintus q de legiſlatoribus ſcripſit: a
terpãdro ĩitiũ ſumẽs: Sextus ſtoicus: Septimus q romanas
res cõſcripſit: Octauus ſyracuſanus qui de re militari ſcrip-
ſit. Nonus Bizãtius ĩ cauſis ciuilibus clarus: Decimus ſimi-
liter cuius & Ariſtotileſ ĩ cratoꝝ epitonie mentionem facit:
Vndecimus Thebãus ſculptor: Duodecimus pictor. cuius
& polemo meminit: Tertius decimuſ Athenienſis pictor:
de quo menodotus ſcribit: Quartus decĩus epheſius pictor
cuius theophanes ĩ libro de pictnra meminit: Quĩtus deci-
mus epigrãmatũ poeta: Sextus decĩus diu de poetis ſcrip-
ſit: Septimus decimus medicus Athenei diſcipuluſ: Octa-
uus decĩus Chius philoſophus ſtoicuſ: Nonuſ decĩus mi-
leſiuſ & ipſe phũſ Stoicus: Viceſimus tragœdiaꝝ ſcriptor:

Phædon.

p Hædon eliẽſis nobili ex familia cũ patria una cõ-
prehẽſus coactus ẽ intra cellulã infami ſe quæſtui
addicere. Adiecto tamen oſtiolo Socratis cõtuber-
nio magiſtroq; fruebatur: quoad ipſũ alcybiadiſ ſeu crito
ſocrate monente redimeret: ex eo iã liberaliter philoſopha-
batur. hũc Hieronymuſ ĩ libro de aſſenſu retinendo ſeruũ
fuiſſe aſſeuerat. Scripſit autẽ dialogoſ de quibuſ nihil du-
bitabatur Zopyrũ & Simonẽ: De nicia cõtrouerſia ẽ: Me-
dum quẽ æſchinis eſſe pleriq; tradunt: Alii uero polymeni:
Anthimachũ ſiue ſẽes & de hoc ãbigitur: Scythicos ſermo-
neſ etiã quidam æſchiniſ eſſe aſſeuerant. Succeſſor autem

Secundus

eius fuit pliſtanus eliẽſis: & ab eo tertius menedemus ere-
tricus Aſelepiadeſq; phliaſius a ſtilpone diriuãtes atq; ad
hos uſq; eliaci ſũt appellati. Amenedẽo aũt eretriaci de quo
poſtea dicẽus idcirco: ꝙ & ipſe ſectæ principes atq; auctor
fuerit.

Euclides.

e Vclides a megaris oppido quod Iſthmo adiacet ſiue iuxta quoſdã gelous: ut ĩ ſucceſſionibus tradit alexãder permenidis librorꝝ ĩprimis ſtudioſus fuit. Ab eo megarici denoĩati ſũt qui poſtea eriſtici poſtrẽo dialectici dicti ſũt. ſ. quos ita prius dionyſius cartaginẽſis idcirco appellauit: ꝙ ĩterrogãdo ac reſpondẽdo ſermões libroſq; cõponerent. Ad hũc ait Hermodorus poſt Socratis mortẽ ueniſſe Platonẽ ac phõs reliquos metu atrocitatis tyrannorũ cõpulſos. hic bonũ eſſe unũ diffiniuit multis nominibus celebre: Aliqñ eĩm hoc dici prudẽtia: quãdoq; deũ alias mentẽ appellari: & huiuſmodi cætera. Quæ bono aduerſa uiderẽtur ſuſtulit: ea ne eſſe q̃dem dicẽs: utebaturq; ꝓbationibus: nõ his quæ ꝑ aſſũptiones: ſed quæ ꝑ concluſiones fiũt: Diſputationẽ itẽ quæ fit ꝑ ſimilitudinẽ ſuſtulit dicens illã ſane aut ex ſimilibus cõſiſtere aut ex diſſimilibus. & ſi ex ſimilibus cõſiſtit: circa ipſa potius: q̃ q̃bus ſunt ſimilia uerſari orationẽ debere. Sin aũt ex diſſimilibus ſuperuacaneã eſſe cõparationẽ. idcirco igitur & timor illũ una cũ cæteris Socraticis mordet nullius ſibi horũ curã eſſe dicens nõ phædonis: non alterius cuiuſpiã: neq; euclidis qui megarẽſibus cõtentionis rabiẽ inuexit. Dialogos autem cõſcripſit ſex lampriã: æſchinem: phœnicem: Critonem Alcybiadem: Amatorium. Porro ex euclidis ſucceſſione ẽ & eubulides mileſius qui & plurimos in dialectica modos rationeſq; interrogandi tradidit mentientem ſcilicet & deliteſcentem & electram & inuolutum & ſoriten & corneam caluum. & iſtum non defuit ex comicis qui carperet.

Eubulides contumelioſus corneam.
Interrogans falſis ianibus uerbis.
Inter & rhetores receſſit hic uerſans.
Demoſthenis rhouiſtomilithram habens.

Videtur demoſthenes hunc audiuiſſe:& cum litteram pronunciare uix poſſet:emendaſſe iugi exercitio. Neq; itẽ obſcurum eſt eubulidem aduerſus Ariſtotelem inimico animo fuiſſe:eumq; ĩ plurimis reprehẽdiſſe:ĩter cæteros uero qui ex eubulidis ludo manauerant. Alexinus elienſis fuit uir acer & contentionis uiribus ac neruis clarus: unde & elenxinus cognominatus eſt. Maxime autem zenoni infeſtus erat. Hunc ait hermippus ex elide in olympum profectum ibiq; philoſophatum. Diſcipulis autem rogantibus cur illic moraretur dixiſſe:uelle ſectam inſtituere: quã olympiacam uocatum iri. Illos uero cum rerum omnium penuria & præterea ĩſalubri loco affligerẽtur ab eo receſſiſſe:iamq; alexinum ſolum ac deſertum uno tantum famulo comite ibi remoratum:poſtea dum nataret ĩ alpheo flumine arũdinis acumine pũctum uita exceſſiſſe:& ẽ ĩ ipſum noſtrũ epigramma ita ſe habens.

Non erat igitur inanis illa fabula.
Miſer pedem quidam natans ꝙ tranſfixit.
Clauo grauis.n.uir anaalpheum.
Fixus calamo obiit Alexinus tranſiens.

Scripſit nõ ſolũ aduerſum zenonẽ ueꝝ & alios cõplures libros & ad ephorũ hiſtoricũ. Ex eubulidis diſciplina & euphantus fuit olympius q tẽporis ſui conſcripſit hiſtoriã. Scripſit & tragœdias plurimas qbus ĩ certaminibus maxĩe probatus fuit:& præceptor antigoni regis ad quẽ etiã librũ de regno ſcripſit perutilẽ atq; laudatiſſimũ:uitam uero ſenectute finiuit. fuerunt & alii complures auditores eubulidis:ĩter quos & apollõius cronus & diodorus: amenii filius iaſeus & ipſe cognominatus cronus:de quo & callimachus ĩ epigrãmatibus ĩ hũc ſenſũ loquitur. Ipſe hic parietes ita

Euclides

īſcribebat Cronus ē ſapiēs: erat & iſte dialecticus primuſq; inueniſſe a qbuſdam exiſtimatus ē inuolutū & corneū diſſerendi genus. Hic apud ptolomæū Soterē cōmorans cum a Stilpone ſermones quoſdam dialecticos interrogatus ex tēplo nequiuiſſet exoluere a rege īcrepitus cronuſq; ī iurgio uocatus conuiuiū deſeruit: egreſſuſq; librū de ea ꝓpoſitione conſcripſit: uitamq; mærore finiuit: eſt in ipſum noſtrū epigramma in hunc modum.

Crone diodore quis dolore dæmonum.
Te corripuit in tartarum ut te ieceris.
Stilponis haud ſoluens enigmaticos uerſus.
Cronus es repertus extra .ρ.&.κ.certe.

Fluxit & ab Euclide Ichthyas metalli filius uir illuſtris: ad quem Diogenes Cynicus dialogum ſcripſit. Clinomachus item thurius qui primus de proloquiis & predicamentis & cæteris huiuſmodi ſcripſit: & Stilpo megarēſis clariſſimuſ philoſophus de quo nunc dicendum eſt.

Stilpo megarenſis:

ſ Tilpo megarēſis eius oppidi quod ī græcia ē audiuit quoſdam ex Euclidis familia. Alii ipſius euclidis auditorē tradūt: Thraſymachi etiā corinthii illius q ichthyæ familiaris erat: ut ait heraclides: In tm̄ uero & īuentione & eloquētia & ſapiētia præceſſit alios: ut parū abfuerit quin oīs græcia ī illū intēta in Megara tranſiſſe diceretur. De eo philippus megaricus ita ferme retulit a Theophraſto quidē metrodorus illum ſpeculationis ſtudioſū & timagoram geloum auulſit: Ab ariſtotele autē Cyrenaico clitarchum & ſimmam: Porro a dialecticis pæoniū qdē ab Ariſtide: diphilum autem boſporianum euphāti & myrmecem exæneti filium: qui ad ſe arguendū uenerant utroſq; ſui ſtudioſos habuit. Præter hos itaq; phraſidemū peripateticum phyſicumq; peritiſſimū ad ſe adtraxit: alcimūq;

Diodorus Iassius.
Diodorus Amenij filius Ias[sius] et ipse cognominatus Cronus, et Callimachus in epigrammate mordacissime insectatur, atque [illegible] illud, Cronus sapiens. erat, et iste diale[cticus] primusque invenisse a quibus existimatus est involutum cornutum differendi genus. apud Ptolomeum sotere commorans, cum a Stilpone quosdam dialecticos interrogatus ex templo nequivisset solvere, increpatus Cronusque in iurgio vocatus, convivium deseruit, egressusque librum de ea propositione conscripsit, vitamque moerore finivit. est in ipsum nostrum epigramma [in hunc] modum. (hic est epigramma graeca lingua scriptum.) idest.
Crone Diodore quis te demonum mala
affectione expulit
ut tu te in atrum mitteres tartarum
quod ad solvenda Stilponis aenigmata
inermis fuisti. Tunc ergo deprehenderis
Cronus remotis ν, et Cappa literis.
[illegible]

machus id Theorius qui nus de prologuijs et prædicantis et cæteris huiusmodi posit, et Stilpo negaentis tissimus pluris, de quo me dicendum est. —

sibi . . .

orãtorẽ omniũ q̃ ĩ græcia tũ florebant ĩ arte oratoria eminentiſſimũ. Cratẽ qui inſup & cõplures alios ĩ ſua retia induxit: phœnicẽq; zenonem ĩ ſuũ auditoriũ ſubductũ aliis cũ cæteris admiſit. Erat præterea maxĩe ciuilis: ac præter uxorem quã duxerat: nicarete etiã pellice utebatur: ut honetor ait: filiãq; parũ pudicã genuit: quam duxit Simmias Syracuſanus neceſſarius ſuus. Hæc dũ laſciuius uiueret: Stilponiq; a quodã renũciatũ eſſet eam ſibi ꝓbro eſſe: non ĩquit iſta maiori mihi ꝓbro ẽ quã ego illi ornamẽto. ſuſcepit hũc honorifice ut aiunt & ptolemæus Soter cũ megara ipſius urbẽ uictor obtinuiſſet: ac tradita ſibi pecunia oraret ut ĩ ægyptum ſecũ nauigaret. Tum ille pecuniæ modicũ ſuſcepit eamq; ꝓfectionem renuens in æginã contendit: quoad ille remearet. Demetrius quoq; antigoni filius: cũ cæpiſſet megara domũ illi reſeruari cunctamq; direptam ſubſtantiam reſtitui curauit. Vbi cum ea quæ amiſerat ut in ſcriptis ſibi traderet moneret: nihil ille ſuum ſe ꝑdidiſſe reſpondit qppe doctrinam & eruditionem ſibi adẽiſſe neminẽ: reliquãq; ſibi eſſe & eloquẽtiam & diſciplinam: atq; illũ erga mortales beneficiẽtiæ admonuit tanta orationis ui: ut rex illiuſ iã ſtudioſus prorſus auditor fieret. Aiunt illũ ita quẽdã de phidiæ minerua cõpellaſſe. Num inqt Minerua iouis filia deus ẽ: cũ uero annuiſſet ille dixiſſe: at iſta nõ iouis ſed phidiæ ẽ concedebat: Non ergo inqt ipſa dea ẽ. Qua ex re cum ĩ auriumpagũ pertractus fuiſſet: nihil inficiatum referũt: immo recte ſe locutum aſſeruiſſe. Non enim deum eẽ ſed deam: deos quippe mares eẽ. Areopagitas tamẽ nihilo placatiores factos iuſſiſſe continuo ipſum urbe excedere: quo etiam tẽpore theodorum cognomẽto deum iurgio dixiſſe. Vnde hoc nouerat Stilpo: Num amota palla ipſius ĩſpexerat: erat iſte profecto audaciſſimus: uerum Stilpo uir compoſitiſſimus & maxime facetus: Deniq; cum rogaſſet illum crates an dii præcationibus ac diuinis honoribus gaudeant: noli me inquit o fatue in uia de hiſce rogare: ſed ſolũ

rogare ac ſeorſum:hoc ipſũ & Bionẽ interrogatũ an ſint dii
dixiſſe tradũt:ne turbã a me auertas execrabilis ſenex? Fuit
Stilponi ingeniũ ſimplex: neq; ulla ſimulatione fucatũ ita
ut ĩperite quoq; cõciõi ſe accõmodarẽ nullo negotio poſſet.
Crate deniq; cynico ſemel ad id quod fuerat interrogatus:
nõ reſpondẽte ſed crepitũ uẽtris emittẽte ſciebã ĩquit te oĩa
potius q̃ quæ deceret locuturũ.Caricã illi aliquãdo interro/
gatiunculãq; propoſuerat.Eam uero ille ſtatim cõmedit:&
cũ diceret ille ſtilpo hercules caricã perdidi:nõ ſolũ inquit
caricã:ſed & ĩterrogatiunculã cuius hæc ara fuit.Rurſus cũ
uidiſſet hyeme cratem aduſtum o crates ĩquit uideris mihi
nouo ĩdigere pallio ueſte ſcilicet & animo:ad hãc eius uocẽ
rubore ſuffuſum ita ĩ illũ luſiſſe cratẽ:At q ego ſtilponem
megaris uidi grauiter angi:Vbi tiphœi ueteres dixere cubile
hic ille ſe iuuenũ magna glomerãte corona. litibus intẽtus
uirtutis tradidit umbrã.fertur athenis hominũ ita ĩ ſe ſtu/
dia uertiſſe:ut ex officinis ad eũ coufluerẽt uiſendũ.Vbi cũ
ſibi quidã diceret:admirãtur te o ſtilpo ueluti beluã:mini/
me ĩquit ille ſed uelut hominẽ uerũ.Cæterũ cum eſſet diſ/
putator acerrimus ſpecies quoq; tollebat:dicebatq; q ho/
minem diceret neminem eẽ:neq; eĩm hunc aut hũc dicere.
Quid eĩm hũc magiſq̃ hunc?nõ igitur hunc.rurſuſq; olus
quod oſtẽditur nõ eſt:olus eĩm ante mille annos fuit: nõ ẽ
igitur hoc olus.Fertur cũ crati colloqueretur ĩterloquendũ
feſtinaſſe piſces emere:cũ eum ille retinere uellet:ac diceret
ſermonẽ relinquis minime ĩquit:ſed ſermonẽ habeo & te
derelinquo.Sermo qppe manet:piſcis aũt uenundabitur
niſi feſtinauero.ferũtur ipſius dialogi nouẽ nõ ſatis gratiæ
habẽtes:Moſchus Ariſtippus ſiue Callias Ptolemæus Chæ/
recrates Metrocles Anaximenes Epigenes ad filiam ſuã Ari/
ſtoteles huius auditorẽ fuiſſe Zenonẽ ſtoicorũ principem
Heraclides refert:Senẽ uero defeciſſe:Hermippus teſtis eſt
hauſto prius mero ut citius moreretur reprehenſus eſt a
Sophilo comico ĩ comœdia quæ inſcribitur gamos:eſt aũt

in hunc Stilponem megarenſem noſtrum epigramma.

Cognoſcis autem forſitan ſenectutem
Poſtea iugum ſuſtulit inexpugnabile
Morbus ſed uinum inuenit mali currus
Magis bonum aurigam potus enim agitauit

Crito Athenienſis.

c Rito Athenieuſis unus omnium maxime eximio quodam amore Socrati affectus ē. atq; eius ita cura egit ut nūq̄ aliqd ex his que ſunt ad uſum neceſſaria ſibi deeſſe pateretnr. ipſius quoq; liberi Socratis auditores fuere. Critobolus Hermogenes Cteſippus Epigenes. Crito igitur dialogos decem & ſeptem ſcripſit qui uno cōtinētur codice ita inſcriptos nō bonos fieri diſcēdo. quid ſit plus habere: Quid ſit idoneū ſiue ciuile: de honeſto: de deo Quid ſit male facere: de fertilitate: de lege: de arte: de congreſſu: de ſapiētia: protagoras ſiue ciuilis: de lr̄is: de poetica de honeſto: de diſcēdo: de ſciēdo ſiue de ſcīa: Quid ſit ſcire.

Simon Athenienſis.

s Imon Atheniēſis coriarius: quotiens ad eius officinam perrexiſſet Socrates atq; diſſereret ōnia quæ meminiſſe poterat notabat. Vnde & ipſius dialogos ſcyticos appellāt: ꝙ īter huiuſmodi opifices ſint habiti. Sunt aūt numero trigīta tres q uno itidem codice cōprehēduntur: de diis de bono: de honeſto: quid ſit pulchrū: & honeſtū: de iuſto duo: de uirtute ꝙ doceri nō poſſit: de fortitudine ſiue uirilitate tres: de lege: de popularitate: de honore: de pœſi: de bona paſſione: de amore: de phīa: de ſcīa: de muſica: de pœſi quid ſit pulchrū: de diſciplina: de diſſerendo: de iudicio: de eo quod ē de numero de diligētia: de operādo: de auaro: de iactātia: de honeſto: alii aūt de cōſulēdo:

Ariundes

de ratione ſiue de aptitudĩe: de maleficientia. Fertur hic primus omniũ ſacrancos ſermones diſſeruiſſe. Cum aũt pericles polliceretur ſi ad ſe pgeret: cuncta illi ſe neceſſaria exhibiturũ: fidutiã ĩquit uẽdere cõſilii nõ fuerit. fuit & alius Simon q ſcripſit artem rhetoricã: alius item medicus Seleuci & uicanoris neceſſarius atq; alius quidam ſculptor.

Glaucon Athenienſis.

g Laucon Athenienſis nouem itidem in codice uno ſcripſit dialogos Phedylum: Euripidem: Amyntichum: Euthiam: Lyſithedẽ: Ariſtophanẽ: Cephalum: Anaxiphemũ: Menexenũ: feruntur eius & alii. xxxii. ſed ſui nõ ſunt.

Simmias Thebanus.

s Immias Thebanus fuit: & huius ferũtur dialogi. xxiii. uno codice ĩcluſi: de ſapiẽtia: de ratiocinatiõe: de muſica de uerſibus: de fortitudĩe: de philoſophia: de ueritate: de litteris: de doctrina: de arte: de regimĩe: de decoro: quid eligendũ qd ue fugiendũ ſit: de amico: de ſciẽtia: de anima: de beneuiuẽdo: de poſſibili: de pecuniis: de uita: quid ſit honeſtũ: de diligẽtia: de amore.

Cebes Thebanus.

c Ebes & ipſe Thebanus ſcripſit dialogos tris qui ĩſcribuntur pinax: ſeptima: phrynicus.

Menedemus.

m Enedemus Sphædonis ex ludo: Cliſtheniſq; ex familia Theopropidarũ filius fuit uiri ſane nobilis: ſed architecti ac pauperis: Alii tabernaculoꝝ ſutorem fuiſſe tradũt: & utraq; didiciſſe menedemũ. Quo circa cũ ſcripſiſſet decretũ quoddã reprehenſũ ab alexinio quodam quod ſcilicet nõ cõueniret ſapienti neq; tabernaculũ neq; decretum ſcribere. Miſſus autem ab eretrienſibus in megara preſidio futurus cõtendit ad platonem ĩ academiam inq; illius retia non inuitus incidit deſeruitq; militiam:

liber

Cæterũ aſclepiade phliaſio ad ſe illum pertrahente megaris apud Stilponem fuit: eiuſq; ambo auditores fuere: ĩde nauigantes elidem Anchypilo & moſcho phædonis diſcipulis congreſſi ſunt: atq; hactenus ut ſupra cum de phedone loqueremur. dictum eſt heliaci appellabãtur. Poſtmodũ uero ab eius patria de quo nunc ſermo eſt eretrici uocati ſũt. Conſtat menedemũ honeſtate ac grauitate fuiſſe celebrẽ: q̃ ex re cratem quoq; ſic in illum iocatum: phliaſiumq; aſclepiadem taurumq; eretrium. Timon item elato ſupercilio cũ dicturus aſſurgeret fuiſſe illũ notat. Adeo autem ea grauitate inſignis fuit ut cum eurylochus caſſandreus ab antigono accerſeretur una cũ cleippide ciziceo aduleſcẽte abnuerit. Metuere .n. ne id mẽedemus perſentiat: Erat .n. ſũmæ & inobiurgando grauitatis atq; precipue auctoritatis. Deniq; cũ adoleſcens in illũ motu temerario ferretur dixit quidem nihil cæterũ ſumpta feſtuca pingebat ĩ pauimẽto traiecti figuram: dum interim ſpectantibus omnibus aduleſcens in ſigni cõtumelia notari ſe intelligens abſceſſit. Hierocles ĩ piræo ſub amphiarao illum obtundebat & cũ plurima de eretriæ loqueretur excidio: nihil aliud locutus eſt: ſed ſolũmodo rogauit ad quid eũ antigonus traiicit. Audacter exulanti adulterio ignoras ĩquit nõ modo braſicæ ſuccum ineſſe iocundum ſed & raphano: clamanti aduleſcentulo & uociferanti uide ĩquit an aliquid retro dum neſcis habeas. Conſultanti antigono an luxurioſũ adiret cõuiuiũ: hoc illi ſolũ renũciari iuſſit: Memento regis te eſſe filium. fatuo q̃dam ſibi minime neceſſariũ dicente interrogauit an uillam haberet: & cũ ille multa ſe habere prædia dixiſſet ꝑge ĩquit & illorũ curã gere: ne & illa negligenter curãdo perdere cõtingat & amittere ſimplicem urbanitatẽ. ſciſcitanti cuidam an uxor eſſet ducẽda ſapienti? num ego ĩquit tibi ſapiẽs uideor? Et cũ annuiſſet ille at ego ait duxi. Dicente quodam complura eſſe bona percontari illorum numerũ pergit: & an putet plura eſſe q̃ centum. Sæpius dolebat ꝙ luxurioſa

Scaurus

conuiuia magnificũq; apparatũ nequiret afferre. uocatus uero ſemel ad cœnã intuenſq; Lautiſſimis cibis diuité men ſam nihil locutus eſt: ſed tacitus eã luxuriam coarguit dum ſolas oleas ĩ cibũ ſumpſit: huius deniq; ſeueritatis cauſa pa rum abfuit quin in cypro apud nicareontem periclitaretur cum Aſclepiade ſocio: nã cum eos rex ad mẽſtruam celebri⁄ taté euocaſſet ſicut et philoſophos cæteros Menedemũ di⁄ xiſſe ferũt: Siquidé hõeſta ẽ huiuſmodi uirorũ cõgregatio: quottidie ſũt feſta celebrãda ſin alias ſupflue quoq; modo celebrãtur. Ad hec tyrannus cũ ita occuriſſet hãc dié habere ſe celebrem ut negotiis omiſſis philoſophis cõgredi liceret: ille Seuerius adhuc in ſétentia perſtitit: oſtendés ex ſacrifi cio oportere omne tépus: philoſophos audire. Quid plura niſi a tibicine admoniti ac Melo muſico cõuenti fuiſſét: for ſitan periſſét. Vnde cũ in naui iactarẽtur fluctibus Aſclepi adem dixiſſe ferũt. Tibicinis peritã modulationem ſe ipſos ſeruaſſe: Menedemi uero confidẽtiam perdidiſſe. Erat auté ut fertur et ſimplici ĩdocédo apparatu: neq; ĩ ſchola ullum circa illũ ut fieri ſolet ordiné uidiſſes. Non ſub ſe illa erant per gyrũ diſpoſita: non aliud quippiam: ſed ut ſingulis aut ſedere aut ſtare aut ambulare libitũ erat in eum cõtinuo trã ſibat habitũ. Alias tamen gloriæ auidum ignominieq; no⁄ tari metuẽtem fuiſſe tradũt. Adeo ut cum prius Architecto ſuã ipſe atq; aſclepiades nauaret operam: & ille ſuper tecta lutũ ferre cerneretur nudus is ſi qué aſpiceret prætereunté occultaretur: Poſtea uero quã ad rempub. acceſſit: ita erat anxius atq; ſollicitus ut cum aliquando thura poneret: ex⁄ tra turibulum miſerit: Circumſteterat illum crates aliquã⁄ do: ꝙ ciuilia negotia ſubiſſet ꝓbro illi dabat. Tũ ille qbuſ dam præcepit ut ductũ carceri includerét. Ille nihilominus prætereunté obſeruabat: reſpicienſq; agamemnoniũ & he⁄ geſipolim uocabat. erat aũt clam & in ſuperſtitioné ꝓnior. Deniq; mãducauerat aliquãdo ꝑ ignorãtiam ĩ taberna me⁄ ritoria proiectas carnes cũ aſclepiade: id cũ animaduertiſſet

liber

nauſea palloribuſq; turbabatur: donec illũ aſclepiades ſeuerius obiurgans nõ carnes diceret eiuſce mutationis cãm eſſe: ſed præſumptã de illis fatuã opinionẽ: alias magnanimus fuit uir & plane liberalis. Corporis ĩ eo iã ſenis habitus & ſtatus durabat: q erat in iuuene. athletæ ĩſtar firmus ualidus atq; aduſtus. Species ei pĩguis & attrita fuit mediocriſq; ꝓceritas ut ex ea cõſtat imagine quæ eretriæ in ueteri ſtadio hactenus cernitur. Eſt eĩm ueluti ex induſtria ita ſculpta ut cũctã fere nuditatem corporis præferat. Erat præterea in ſuſcipiẽdis amicis õni officio deditus: & qa parũ ſalubris erat eretria cõuiuia ſæpe ĩter poetas muſicoſq; celebrabat. Amabat Aratũ & Lycophronẽ Tragicũ poetã Antagorãq; Rhodium: ſed maxime omniũ ſtudebat Homero: Deinde etiã Lyricis. deinceps Sophocli: atq; Achæo ĩter Satyros ueluti ſecũdas partes: æſchylo aũt primas ſemp dabat. Vnde & aduerſus eos q cõtra in rep. ſentirẽt: ita ferebatur capitur ergo & ab infirmis celer: aquilãq; breui teſtudo uĩcit. Hæc autem achaei ſunt ex omphale Satyrica. peccãt igitur q illũ nihil preter euripidis medeam legiſſe dicunt. q̃ inter ſicyonii neophronis poemata legunt. Magiſtros Platonẽ & Xenocratem prætereaq; paræbaten cyrenaicum aſpernabatur. Stilponem ſolum admirabatur: de quo dum aliquãdo interrogaretur nihil aliud dixit: niſi liberalis eſt. erat illi ingenium uariũ & callidũ atq; in componendo ita orationem accõmodabat: ut neq; quo uellet emergere proſpiceretur: atq; ideo illi difficile occurreretur. Verſabat õia: infinitãq; orationis copiã fundebat: Acerrimus item in contẽtionibus erat: ut ĩ ſucceſſionibus tradit antiſthenes: atq; huiuſmodi rogatiunculis compellare ſolebat. Alterum quã alterũ ẽ alterum: ita ſane: alterum eſt autem prodeſſe: q̃ bonũ: cõcedebatur: nõ igitur prodeſſe bonũ ẽ. Tollebat & proloquia negantia: affirmãtia uero ponebat ſimpliciaq;. Ex his maxime probãs quæ ſimplicia nõ ſunt auferebat ea & coniũcta & complexa dicens. Scribit Heraclides decretis quidem

Secundus

eum fuiſſe platonicũ:dialecticen aũt eũ fuiſſe aſpnatum. Deniq; ſciſcitanti ſe alexino an adhuc prẽm cædere deſiſſet atq; illũ dixiſſe:neq; cecidi:neq; deſii. addẽte illo oportere ãbiguitatẽ ſolui ita uel nõ dicẽdo:ridiculũ ĩquit eſt ueſtras leges ſeq cum liceat ĩ portis reluctari & cõtra aſcẽdere. Cum Bion diuinos ſtudioſe ac diligẽter inſectaretur mortuos illum iugulare dixit. Alio rurſus dicẽte maximũ eſſe bonum omnibus quæ quiſq; cupiat frui:multo inqt maius ẽ ea ſolum quæ deceat:cupere. Refert antigonus caryſtius eũ nihil ſcripſiſſe neq; cõpoſuiſſe:ita ne dogma quodlibet aſſerere. Porro ĩ quæſtionibus inqt ita pugnax erat:ut nõ prius diſcederet:q̃ in eius oculis ardẽtis ſpiritus ĩdicia deprehẽderẽtur. Verũ eĩm cũ in uerbis eẽt huiuſmõi:factis tamen erat placidiſſimus. Deniq; cũ alexino plurimũ illuderet & obiurgaret grauiter:fouit tamẽ illũ beneficiis. Nã ipſius coniugem ex delphis chalcidẽ uſq; deduxit itineris furta latrociniaq; metuentem. amicicias pie ſãcteq; tuebatur:ut ex ea quæ illi cũ aſclepiade fuit cõiunctiõe cõſtat:quæ ꝓfecto adeo ĩſignis erat:ut nihil a pyladis diſtaret beniuolẽtia. Veꝝ maior natu erat aſclepiades ita ut poeta ipſe menedemus hiſtrio diceretur. Fertur archepolis tria milia illis deſignaſſe & cũ orta eſſet amica cõtentio qs ſecũdo loco acciperet neutrum accepiſſe. Vxores quoq; ambos duxiſſe fãma ẽ menedemũ mrẽm:Aſclepiadem filiam:& cũ defuncta eſſet uxor aſclipiadis: menedemi cæpiſſe cõiugẽ: illumq; quod reip. præeſſet aliã duxiſſe nobilẽ & locupletẽ: nihilominus qm̃ cõmunis eis erat domus rei familiaris adminiſtrationẽ priori uxori pmiſiſſe. Igitur aſclepiades ãte illum uita exceſſit eretriæ iã longæuus. cũ una diu memorabili beniuolentiæ ſuauitate uixiſſet. Fertur poſt aliq̃tum temporis cum aſclipiadis amaſius ad cõuiuium ueniſſet:arcerẽtq; illũ ianuis adoleſcentes:menedemũ iuſſiſſe ĩtroduci ac dixiſſe Aſclepiades & ſepultus ei ianuas aperit. erant autem qui ambos fouerãt Hipponicus macedo & agetor lamieus. Ex his alter

utriq; triginta minas largitus: hipponicus uero menedemo duo milia drachmarũ in filiarum dotem. Duxerat autem ut ait Heraclides ex oropia uxores tris. porro cõuiuia ĩ hũc modum faciebat prius ipſe cum duobus aut tribus prandebat dum dies in ueſperam uergeret: Tum uero uocabat qſpiam eos qui aduenerãt & ipſos iam cœnatos. Itaq; ſi q citius ueniſſent: percontabantur exeuntes quid eſſet appoſitum: ac recens id eſſet nec ne: & ſi quidem uel oluſculũ uel ſalſiuſculum quidpiam audiſſent: recedebãt: Sin uero carnes ĩgrediebãtur. Lectulis æſtate pſiathos hyẽe ueruecũ pelles ſupponebãt. Porro puluinar ſibi afferri oportebat. poculũ quod circũ agebatur cotula maius nõ erat. Bellaria illis fabæ ac lupini: Interdũ uero & pyra uel mala punica & huiuſmodi cũ matura tũ præcocia ſæpe & caricæ. Ea õnia memorat Lycophron in Satyra quam inſcripſit menedemum philoſophi conſcribens laudes: quorum quædã huiuſmodi quoq; ſunt.

Circundatur paruus calix ad menſurã.
Vt ex breui cõuiuio ſic eſt ipſis
Modeſta ſtudioſis eragema ſermo audendi.

Primo igitur contemptui haberi cæpit: caniſq; ab eretrienſibus ac delirus appellari. Poſtmodum uero in ſumma adminiſtratione omnium fuit: adeo ut ciuitatis quoq; gubernacula ſibi traderẽtur: legationibuſq; crebris ad ptolemæũ & lyſimachum. prætereaq; ad demetrium fũctus ubiq; honoratus eſt: Cumq; illi ciuitas ducenta quotannis talenta perſolueret quinquaginta remiſit: apud quem accuſatus ꝙ quaſi traderet ptolemæo ciuitatem ſe per epiſtolam purgauit: cuius hoc initium eſt Menedemus demetrio regi ſalutem. Audio tibi de nobis plurima fuiſſe narrata. p eam illũ admonet cauere unũ ex his qui ſibi eſſent infenſi: deſchylum nomine. Conſtat illum ad demetrium pro oropo grauiſſime legatione functum: ut Euphãtus quoq; in hiſtoriis meminit. Erat eius ĩ primis ſtudioſus ãtigonus: ſeq; ipſius

ſecundus

diſcipulū eſſe prædicabat:& cū barbaros fudiſſet circa Lyſi/machiam decretū ei ſcripſit ſimplex atq; ab aſſentatiōe ali/enum:Cuius initium ē Duces & cōſilii primores dixerunt: quoniā Antigonus Rex prælio domitis barbaris aduenit in Eliam:eiq; ꝓſpere cuncta ſuccedūt uiſum ē ſenatui ac ple/bi.Horū igitur gratia & præterea propter ſummā cum illo amiciciā quod illi ciuitatem proderet:ſuſpectus habitus in ſimulante ſe ariſtodemo clam exiit atq; oropi moratus eſt in amphiaraifano :Ibi cū periſſent aurei calices ut hermip/pus ait Cōmuni boetiorū decreto loco migrare iuſſus eſt: Inde profectus mærens & patriā clanculo ingreſſus uxorē ac filias ſumens ſe ad antigonū contulit: ibiq; uitā mœrore terminauit.Refert heraclides his ōnino contraria: Nā illū ſenatus principē eretriam a tyrānis ſæpe liberaſſe: demetrii uiribus fretum.Non igitur antigono prodidiſſe ciuitatem/ſed falſam ſubiſſe calumniā.Profectūq; ad antigonū cum ut patriā e ſeruitute eriperet:illū inducere nō poſſet: ſeptē dies totos cibo abſtinuiſſe atq; ex animi dolore uita exceſ/ſiſſe.Similia huic & antigonus caryſtius refert. Soli autem perſeo inexorabile indixit bellum.Haud enim obſcurū erat antigonū cū menedemi gratia eretriēſibus remp. uoluiſſet reſtituere ab eo fuiſſe prohibitū.Quocirca in cōuiuio me/nedemus in illū acriter inuectus inter cætera ſic ait: Atqui iſte quidē philoſophus ē ſed uir omniū qui ſūt aut fuerūt uel futuri ſunt:profecto nequiſſimus. Moritur autem ut eraclides ait:ſeptuageſimū & quartū agens ætatis annum. In eius autē laudem nos quoq; ita ſcripſimus.

Audita menedeme tua mihi mors ut ſponte.
Mortuus es in ſeptem diebus nihil edens.
Operatus opus poſt heretricum tamen mollem.
Puſillaminitas properauit profecto.

Et hi quidem ſocratici & qui ab eis ſunt trāſeundū autem ē ad platonem qui incæpit academiam & ad eos qui ab ipſo ſunt quot fuerunt eloquentes.

Liber

LAERTII DIOGENIS DE VITIS PHILOSOPHORVM LIBER TERTIVS.

PLATO.

PLato ariſtone patre & matre perictiona:ſiue potona Atheniéſis natus é. Mater a Solone genus duxit: Solóis quippe frater dropides critiá genuit:cuius filius calæſchrus critiæ q unus fuit ex triginta: glauconiſq; pater extitit:ab eo charmides & perictione geniti ſũt:atq; ex ea & Ariſtóe plato ſextuſ a Solone naſcitur. Porro ſolon ad neleũ & neptunũ genus refert: Ariſtoné quoq; patré a Codro meláthi filio originem ducere tradũt:q a neptuno itidé ſáguiné trahere traſilo teſte memorãtur. Enimuero ſpeuſippus í libro q platonis de cœna íſcribitur:& clearchus í laudatióe platóis & anaxides í ſecũda de phís libro aſſerũt athenis celebre eé ariſtoné perictione cũ eét ſpecioſiſſima cógredi conatũ eſſe: Verũ fuiſſe illius conatus irritos:uidiſſeq; í ſomnis apollinem:atq; ab eo uiſũ mundá a iugali copula quoad pareret uxoré ſeruaſſe. Naſcitur aũt plato ut Apollodorus teſtatur í chronicis octogeſima octaua olympiade thargilióis ſeptima:q̃.ſ. die natũ apolliné delii autumát. Moritur aũt ut Hermippus tradit:primo anno céteſimæ octauæ olympiadis í nuptiis diſcũbens:octogeſimũ & primũ ætatis agés annũ. Neanthes octoginta q̃tuor annorũ defeciſſe ſcribit. Eſt igitur Iſocrate minor natu ánis ſex: Ille qppe ſub Lyſimacho:plato ſub amynio é ortus:ſub quo & perides dié obiit. Erat aũt pago collyteus ut refert antileo í ſecũdo de téporibus.natuſ é ſecũdũ quoſdá í ægina in phidiadis domo eius q thaletis filius fuit:ut fauorinus ait í õnimoda hiſtoria:pr̃e ipſius cũ cæteris miſſo ut agrũ ſortiretur: Athenaſq; reuerſo qñ a lacædeóniis q æginéſibus opé tulerát expulſi ſũt:ludos quoq;

Tertius

magnificos athenis adhibuit dioẽ ſũptus ſuppeditante: ut ait athenodorus ĩ octauo deambulationũ libro. Frẽs habuit adimãthũ & glauconẽ: ſororẽq; potonã: de qua ſpeuſippuſ naſcitur. litteraſq; apud dionyſiũ didicit: cuius & ĩ anteraſtis memĩt: Exercitatuſq; ẽ apud ariſtonẽ argiuũ palæſtritem: a quo & plato ꝓ egregio corporis habitu cognominatus ẽ. Cũ prius Ariſcodes ex aui noĩe uocatus eẽt: ut in ſucceſſionibus tradit Alexãder. Sunt q ob oratiõis ubertatẽ & mirã latitudinẽ ſic appellatũ putent: ſiue ꝙ ãpla fuerit frõte ut neanthes ſcribit: Nec deſũt q in iſthmo palæſtra ſe exercuiſſe uelint: ſicut & dicæarchus ĩ primo de uitis. picture quoq; fuiſſe ſtudioſũ ac poemata ſcripſiſſe primo qdẽ dithyrãbos: deĩde melos & tragœdias. Vox illi gracilis fuit ut ait timotheus Athenienſis ĩ libro de uitis. fertur & ſocrates uidiſſe p ſomniũ oloris pullũ ſibi ĩgremio plumeſcere: qui cõtinuo exortis pennis expãſis alis ĩ altũ aduolãs ſuauiſſimos cãtus ediderit: Poſtridie cũ plato ſibi a patre cõmẽdatus eẽt hũc cygnũ quẽ uiderat dixiſſe. phãri cœperat primitus ĩ academia: ĩde ſe ĩ hortũ q iuxta colonum ẽ cõtulit: ut Alexãder ĩ ſucceſſionibus ſcribit heraclitũ adducẽs teſtem: Demũ cũ tragicũ certamẽ eſſet ĩiturus ante dionyſiacũ theatrũ audito ſocrate igni poemata exuſſit dicẽs: Hic uulcane plato tua ĩdiget ope. hinc annũ uiceſimũ ætatis agẽs ſocratem audiuit. illo decedẽte cratilo heracliti diſcipulo & hermogeni parmenidis philoſophiã tuẽti aurẽ accõmodauit: Deinde cũ eẽt annorum duo de trigĩta ut ait hermodorus megara ſe ad euclidẽ cũ aliis ſocraticis cõtulit. Hinc cyrenẽ ꝑfectus theodorũ mathematicũ audiuit: atq; ĩde ĩ italiam ad pythagoreos philolaũ atq; eurytũ cõceſſit: Ab his ſe in ægyptũ ad ꝓphetas ſacerdoteſq; recepit: quo & euripidem aiũt una ſecũ ꝑfectũ eẽ: atq; ibi morbo cõprehẽſũ a ſacerdotibus marina curatione fuiſſe abſolutũ: q̃ ex re poſtmodũ dixerit inundat mare cũcta uirorũ mala. Sed iuxta homerum ægyptios mortales omnes medicos eſſe. Decreuerat

Plato magis & congredi: uerũ ꝓpter aſiæ bella ꝓpoſito de-
ſiſtit. Regreſſus uero Athenas ĩ acadéia cõmorabatur. Eſt
autẽ locus ĩ ſuburbano nemoroſus: a quodã heroe acade-
mo nomine ſic appellatus: ſicut & eupolis ĩ aſtrateutis me-
morat dicẽs umbroſis ĩcurſibus academi dei. Sed & timon
ĩ platonẽ loquẽs principẽ illũ fuiſſe aſſerit & ſuauitate ora-
tionis & copia omniũ q academiæ incolerẽt florea rura. An-
tea eĩm p e ſcribebatur ecademia. phũs iſocrate amico ute-
batur. Enimuero praxiphanes quandam cõſcripſit ĩter eos
habitã de poetis ſcholã: cũ ĩ iuꝛ platonis hoſpitio frueretur
iſocrates: ter illũ militaſſe: Ariſtoxenus auctor ẽ primo ĩ ta-
nagram: ſecũdo ĩ corinthũ: tertio ĩ delũ ubi & uictoria po-
titus ſit. Miſcuit heracliteorũ pythagoreorũq; ac ſocratico-
rum rationes: atq; ĩ his quidẽ quæ ſenſibus ſubiacẽt hera-
cliti partes tuebatur. Porro ĩ his quæ ad intelligẽtiã ꝑtinent
pythagore acquieſcebat: ĩ rebus aũt ciuilibus ſocratẽ ſuum
maxĩe amplectebatur: atq; ita in unũ corpus triplicẽ phĩæ
cõpegit rationẽ. Aiunt quidã ex quibus ſatyrus eſt dioni il-
lum ſcripſiſſe in ſiciliã uti tres libros pythagoreos ſibi eme-
ret a philolao centũ minis. Erat enim ſatis abundãs pecu-
niis acceptis a dionyſio pluſq̃ octoginta talẽtis: Sicut enim
honetor ſcribit ĩ libro cuius ẽ titulus: an pecunioſũ oporte-
at eſſe ſapientẽ: Multũ ſibi epicharmus contulit comicus:
cuius & plurima cõpilauit ut Alcimus in eis libris quos ad
amyntã ſcripſit quatuor numero meminit. Eorũ in primo
ita loqtur: Conſtat aũt & platonẽ cõplura ſibi de epichar-
mi libris aſſumere. Id ita inſpiciendũ ẽ ſenſibile aſſerit pla-
to quod aut ĩ q̃litate aut in q̃titate nunq̃ ꝑſiſtat: ſed difflu-
at ſemꝑ atq; ĩmutetur: Veluti ſi numeꝝ ex qbuſlibet tule-
ris: Ea neq; æqualia neq; aliqua neq; q̃ta neq; qualia erũt.
Porro iſta ſũt quorũ ſemꝑ generatio ẽ: nunq̃ uero ſubſtã-
tia. Intelligibile illud cui nihil uel accedit uel decedit. Hoc
autem ſempiternorum natura ẽ: quã ſimilem atq; eandem
ſemper eſſe contingit: atq; epicharmus de ſenſibilibus atq;

ītelligibilibus ī hāc ſentētiā expreſſe loquitur: addit præterea alcimus. Aiunt aūt & iſta ſapiētes animā alia quidē ſētire p corpus puta uidēdo atq; audiēdo: alia uero ipſā p ſe ipſam animaduertere nullo corporis officio utentē. Quocirca eoꝝ quæ ſūt alia ſenſibus percipi: alia ītelligētiæ rōne cōpræhendi. Eoꝝ gratia plato quoq; oportere dicebat eos q cuperēt rerū initia colligere ipſas primū ſpeties quas ideas uocat ſecundū ſe ipſas diſtribuere puta ſimilitudinē & monadem & multitudinē atq; magnitudinē ſtatūq; & motū: Secūdo ipſum p ſe ip ſum honeſtū ac bonū atq; iuſtū atq; huiuſmodi cætera ſubiicere: Tertio cōſpicere quæq; ſūt adinuicem ideæ puta ſcientiā aut magnitudinē ſiue dominationem ſimul & illud cogitare ea quæ ſūt apud nos ex illoꝝ participatione eis æquoca fieri. Exempli cauſa iuſta eē quæq; iuſto cōmunicāt: honeſta quæ honeſto: Eſt autē unaqueq; ſpecies eterna: ac præterea ītelligentia omni ꝑturbatione uacua. Quocirca & ideas ī natura uelut exēplaria dixit ſubſiſtere: Alia his eſſe ſimilia quæq; maxima ad iſtarū ſimilitudinem cōſiſtēt. Epicharmus igitur de bono atq; ideis ita differit. Ergo ne tibiarū cātus res aliq̄ ē? Ita ſane. hō igitur ipſe cātus ē: nihil minus age uideamus Tibicen aliqs hō ne tibi uidetur nec ne? homo ꝓfecto. Nonne igitur idē tibi uidetur de bono. aliud eſſe bonū aliud rem: ſiquidē ſecundū ſe ipſū quiſq; illud didicerit iā bonus efficietur: quēadmodum q tibiarū cantū didicerit tibicen: qui ſaltare ſaltator: qui cōplecti cōplexor merito dicitur: atq; in hūc modū de cæteris qui ea didicerit: nō ars ipſa ſed artifex uocatur. Plato ī opinione de ideis ait: Siquidē eſt memoria ideas in his quæ ſūt exiſtere quod memoria quietæ cuiuſq; rei ac manentis ſit. Manere aūt præter ideas nihil: quo eīm īquit mō ſeruarētur animātes niſi & ideā attigiſſent: & præterea naturalem mentē accepiſſent. Meminerūt autē ſimilitudinis & pabuli cuiuſmodi illis ē optime callētes quod ſit animalibus omnibus inſita ſimilitudinis intelligētia: Quocirca &

liber

quæ ſũt huiuſdẽ generis ſentiũt. Porro Epicharmus ita fer-
me ait: Sapiẽtia nõ ĩ uno tantũ cõſiſtit: ſed quæ uiuũt oĩa
notionẽ quoq; habent. & eĩm gallina ſi aduertere uolueris
nõ parit uiuẽtes pullos: ſed oua prius ĩcubat & calorẽ ani-
mat. Hæc aũt ſapiẽtia ut ſeſe habet natura nouit ſola: Ab
ea ꝗppe eruditur: ac rurſum nihil ꝓfecto mirũ ſi ita loquar
& placere eas ſibi & mutuo foueri ac uideri præclara. Nã &
canis cani uidetur eſſe pulcherrimũ: & boui bos: & aſinus
aſino: ſuſq; item ſui uidẽtur uenuſtate preſtare. Iſta & hu-
iuſmodi ꝗ̃tuor libris cõpingit Alciſmus admonẽs quãtum
emolumẽti Plato ex epicharmo ſibi cõſciuerit. Quod aũt
neq; Epicharmus ipſe hoc ignorauerit ex iis coniicere licet
quæ præſagiẽs ac ueluti diuinãs fore imitatorem ſui ſic fere
locutus ẽ: ut aũt ego puto ĩmo ꝓ cõperto habeo mearũ ad-
huc erit memoria rerũ meorũq; ſermonũ: eiſq; quiſpiã ac-
ceptis metro ſoluto quo nunc cõſtãt coloreq; adiecto pur-
purã uenuſtate uerboꝝ cõponet. inuictuſq; ipſe alios facile
ſuperabit. Videtur plato ſophronis quoq; mimographi li-
bros antea neglectos primus Athenas ĩuexiſſe geſtũq; ex eiſ
acꝗſiſſe quos itẽ ſub eius capite fuiſſe repertos: Ter aũt na-
uiganit ĩ ſiciliã primo ꝗdẽ ut ĩſulã crateręſq; uideret: quo
& tẽpore dionyſius hermocratis filius tyrãnus ĩpulit ut ſe-
cum loqueretur: ubi cũ ille de tyrãnide diſſereret dicens nõ
id præſtare quod ſibi ſoli eſſet utile: niſi uirtute & excelleret
offenſũ tyrãnũ atq; iratũ dixiſſe aiunt: Verba tua otioſoꝝ
ſenũ ſunt: & ille & tua ĩquit tyrãnidem ſapiũt. Ad hæc in-
dignatũ tyrãnum primo ꝗdem necare illum uoluiſſe: deĩ-
de uero a dione & ariſtomene exoratum id minime feciſſe:
ueꝝ pollidi Lacedæmonio ꝗ ꝑ id tẽporis legatus ad ſe ue-
nerat eum tradidiſſe ut uenũdaretur. Eum ille in æginam
adductum uendidit: quo tempore charmãder charmãdri-
dis filius eũ mortis reum eſſe accuſauit: iuxta promulgatã
enim apud eos legem capitale erat ſi quis Athenienſium
eam inſulam adiſſet: atq; ipſe eam legem tulerat ut

Tertius

fauorinus memorat ĩ õnimoda hiſtoria:Cæteꝝ cũ a quodã fuiſſet allegatũ diſciplinæ gratia phũm eo aſcẽdiſſe abſolutum dimiſerũt. Aſſerũt pleriq; illũ & ĩ cõcione adductũ:ubi cũ obſeruaretur nihil penitus locutũ fuiſſe ꝓmpto qdẽ animo quicqd cõtingeret excipere paratũ. Illos eũ minime quidẽ occidendũ ſed ſolũmodo uendẽdũ captiuorũ more decreuiſſe. Aderat fonte anniceris cyrenaicus: Is eũ uiginti minis ſiue ut alii uolũt trigĩta redemit: remiſitq; Athenas ad amicos. Illi ex tẽplo pecuniã anniceridi reſtituendã curauerũt. Sed hãc ille õnino accipere noluit:aſſerẽs nõ eos ſolos dignos eẽ quibus Plato curæ eẽt. Alii dionẽ eam miſiſſe pecuniã dicũt:illũq; eã nulla ratione admiſiſſe. Sed hortulum quoq; ĩ academia ſibi cõparaſſe:pollidẽ uero a chabria ſuperatũ:& poſtmodũ ĩ elice fuiſſe ſubmerſũ. fama eſt dæmonio ſibi nũciante iſta illũ phĩ gratia ꝑpeti:ut & fauorinus ĩ primo cõmẽtariorũ meminit:nõ tamẽ quieuit dionyſius:uerũ cũ didiciſſet quæ illi cõtigiſſent: ſcripſit platoni orans ne ĩ ſe maledicta ĩtorqueret: Ad quẽ ille ſcripſit: non ſibi tantũ ſupereẽ ocii ut dionyſii meminiſſet. Secũdo profectus ẽ ad iuniorẽ dionyſiũ poſtulãs terrã atq; homines q iuxta cõſtitutã ab eo rempub. uiuerẽt. Id ille q̃q̃ pollicitus implere detrectauit:nec abfuit ſecundũ quoſdã ſuſpicio illum magno ſui ꝑiculo dioni & theotæ perſuadere tentaſſe illorũq; erexiſſe animos ad liberandã inſulã. Quo tempore Archytas Pythagoreus ſcripta ad dionyſiũ epiſtola purgauit illũ a ſuſpitione:atq; ereptũ Athenas remiſit. Eſt autẽ epiſtola huiuſmodi Archytas dionyſio ſalutẽ. Miſimus oẽſ platonis neceſſarii Lamiſcũ & Photidam uirũ illum abſ te recepturi iure antiquæ noſtræ amicitiæ: Recte igitur feceris ſi memineris quãto a nobis ſtudio efflagitaſti platonis ad te aduẽtũ nos aut illũ uenire hortaremur:facturũ te ſpõdẽs oĩa:illũq; libere accedere & abire ꝑmiſſurum: Memor eſto igitur quãti illius aduẽtũ feceris utq; illo ĩ tẽpore plus cæteris amaueris: ꝙ ſi q̃ orta ſimultas ẽ hũanius te agere cõuẽit

ideo

tuoſorum ac impudicorum eius obſeruare tranſitũ ſolitas
tradũt eius inquietandi gratia: phrynen deniq; nobile ſcoꝝ
illum aliquando tentauiſſe: cum uidelicet a quibuſdã de-
dita opera inſectaretur ab eo intra ædiculã admiſſam hu-
manitatis cauſa: Cumq; ſolus illic & unicus lectulus eẽt o-
ranti lectuli ipſius partẽ cõceſſiſſe: Demũ cũ multa neqcq̃
oraſſet infecto opere ꝑfectã eſſe: ac dixiſſe pcontãtibus ſe
nõ a uiro ſed a ſtatua exire. Quidam uero diſcipulos Laidẽ
illi inieciſſe in lectulũ tradunt: Illũq; adeo fuiſſe continẽtẽ
ut cum ſe ad libidinem incitari præſenſiſſet: & ſecare & u-
rere uerenda ſæpe pateretur. Tanta uero illius uerbis fides
habebatur: ut cum iniurati nullius teſtimoniũ admitteret:
huic ſoli remiſerint Atheniẽſes iuſiurandũ. Erat præterea
maxime frugi ita ut cum illi Alexander magnam pecuniæ
ſummã miſiſſet: ſublatis ſolum tribus milibus atticis reli-
quum remiſerit dicens illi opus eſſe pluribus qui plures e-
nutriret. Ab antipatro quoq; ſibi miſſã pecuniã nõ ſuſce-
piſſe mironianus ĩ ſimilibus teſtatur. Corona quoq; aurea
donatũ premio ſcilicet ĩmodice potationis ab his qui ſe cõ-
tinebãt apud Dionyſiũ cum inde eẽt ꝑfectus eã ante Mer-
curium depoſuiſſe: ubi floreas etiã coronas ponere ſolitus
erat. Miſſum illũ cum cæteris legatũ ad Philippũ fama ẽ:
Ac reliquos quidẽ donis emollitos & conuiuia celebraſſe &
cũ illo ſæpe in colloquiũ ueniſſe: eum uero horum neutrũ
feciſſe: Neq; enim illũ ideo Philippus admiſerat. Quo cir-
ca & Athenas reuerſos legatos dixiſſe: Fruſtra Xenocratem
ſecũ iuiſſe: & cũ illi parata iam eſſet mulcta: cõperto ex illo
ut ſeſe res haberet: monente tunc maxime reipub. curã ha-
bendam: Quippe Philippum cæteros donis corrupiſſe: ſe
uero nulla ratione inclinare ad ſuũ conſenſũ poſſe perui-
diſſe. Ea ex re duplici honore honeſtatum aſſerunt. Philip-
pum quoq; poſtmodũ dixiſſe ſolum Xenocratẽ ex õnibus

liber

q adſe uenerant legatis munera ſpreuiſſe. Ad antipatrum quoq; legatione functus ut q ex Athenienſibus ĩ bello Lamiaco capti fuerãt redderet: ab eo inuitatus ad cœnã hiſce ad illũ metro uerbis uſus eſt.

Quis prius o circe premerẽt ſi corda pudores.
Inter uina piger poſſet recubare dapeſq;.
Quã ſotios ex omni ereptos clade uideret.

Quibus doceret nõ ſe prius cõuiuio exurrecturum: q̃ quod petebat impetraſſet: Amicoſq; ac ciues abſolutos uideret: eius hanc dexteritatẽ ille perlibẽter amplexus omnes continuo abſoluit ac remiſit. Cum aliquãdo paſſer accipitri futurus præda ſe in eius ſinum recepiſſet: operuit ac fouit dicens non oportere ſupplicem prodere. Cum a Bione obiurgaretur: nõ tibi inqt reſpõdebo eqdẽ. Nam neq; tragœdia comœdiã cũ ab eo laceſſit reſpõſione dignat. Ad eũ qui neq; muſica neq; geometria neq; aſtronomia ĩſtructus ludũ ſuũ frequẽtare cupiebat pge inqt: adminiculis. n. philoſophiæ cares. Alii ſic dixiſſe ferũt: Apud me eĩm uellus non mollitur: Cũ platoni Dionyſius diceret caput tibi quiſpiã tollet aderat hic & ſuũ oſtẽdẽs nullius inqt id prius q̃ iſtud abſcidet. Aiũt Antipatro Athenas pfecto & ſe ſalutãti non antea reſpõdiſſe: q̃ cœptã finiret orationẽ: Porro gloriæ & faſtus ĩ primis cõtẽptor fuit: ac ſæpe ĩterdiu meditationi ĩſeruiebat: atq; unã ſilẽtio diſtribuebat horã. Scripſit autẽ plurima admonitioneſq; & uerſus: ea fere iſta ſũt. De natã libros ſex: de phĩa ſex: de uitiis unũ: arcadẽ unũ: de optimo unũ: de puero unũ: de cõtinẽtia unum: de utili unũ: de libero unũ: de morte unũ: de uolũtario unũ: de amicitia duos: de ſcribẽdo unũ: de memoria unũ: de modeſtia unũ: de cõtrario duo: de fœlicitate duo: de mẽdacio unũ: Calliclem unũ: de prudẽtia duo: Oeconõicũ unũ: de frugalitate unũ: de uiribus legis unũ: de rep. unũ: De ſãctitate unũ: ꝙ uirtus tradi poſſit unũ: de eo quod ẽ unum: de fato unum: de pturbationibus unũ: de uitis unũ: de concordia unum: de

diſcipulis duo:de iuſtitia unum:de uirtute duo: de ſpecie/
bus unũ:de uoluptate duo:de anima duo:de ſcientia unũ:
politicũ unum:de uita unum:de fortitudine unũ: de uno
unum:de ideis unum:de arte unum:de diis duo: de anima
duo:de ſciẽtia unum:ciuilem unũ:de ſcientificis unum:de
philoſophia unũ:de permenide unũ:archædemus ſiue de
iuſtitia unum:de bono unũ:de his quæ circa mentem ſunt
octo:Solutio eorũ quæ accidunt orationi unũ:De phyſicæ
uel de his quæ de phyſicæ ratione audiũtur ſex: capitula u/
num:de generibus & ſpecibus unũ: Pythagorica unũ: So/
lutiones duo:diuiſiones octo poſitionũ libros.xxxiii.de ra/
tione diſſerẽdi libros.xiiii.poſt hæc libros.xv. & alios.xvi.
de diſcipulis:eorũ quæ circa diſtinctionẽ uerſari poſſũt li/
bros nouẽ:eorũ quæ circa mentẽ ſũt alios libros.iiii.eorum
quæ circa diſciplinas uerſãt libros ſex:De his quæ circa mẽ/
tem libros duos:alios de geometris libros quĩq;:Cõmẽtari/
orũ unũ:Cõtrariorũ unũ:de numeris unũ:numerorum ſple/
culatio unũ:de ĩteruallis unũ:de his quæ ĩ aſtrologia uer/
ſãtur libros ſex:& elemẽta:ad Alexandrũ:de regno libros q̃/
tuor:ad Arybã:adephæſtionẽ:de geometria duo: uerſus.ii/
ii.ducentitriginta nouẽ:eũ tamẽ:cũ tãtus ac talis eẽt:Athe/
nienſes aliquãdo uẽdiderũt ut eo mõ ĩ exilio poſitus fran/
geretur:eũ demetrius phalerius emit & utriq; ſuccurrit.Xe/
nocrati enim libertatẽ reſtituit:Athenienſibus uero ĩpoſita
illi uiro ab urbe trãſmigratione ſatiſfecit.hoc ait myronia/
nus amaſtriacus ĩ primo hiſtoricorũ ſimiliũ capitulorum:
Succeſſit aũt Speuſippo ſcholãq; tenuit anno.xxv.Docere
aũt cœperat ſub Lyſimacho centeſimæ decimæ olympiadiſ
anno ſecũdo.Moritur noctu cũ in ſartaginem forte offen/
diſſet ætatis annũ agens octogeſimũ ſecundum nos:de eo
ſic diximus.

Vas ubi Xenocrates nõ cautus iniuit ænum.
Sæuaq; ſub ꝓpria uulnera fronte tulit:
Altius o clamans animam ſpirauit in auras.

Heu heu uir magnis omnibus aptus erat.
Fuerūt & alii quīq; eiuſdē nominis prior antiqſſimus huius philoſophi ciuis ac ꝓpinquus. fertur eius oratio quæ īſcribitur arſinoetica de Arſinoe defūcta: alius philoſophus Elegiæ ſcriptor nō ſatis ꝓbatus. Ita eīm ſe habet res ut poetæ quidē ſi proſa oratione ſcribere uelint efficiāt. Qui uero pedeſtri oratione ſcribere conſueuerūt: ſi poeticæ ſibi parteſ uīdicare uelint nō conſequātur. Id ex eo liquet quod alteꝝ naturæ: artis alteꝝ opus ē: alius Statuarius fuit: Poſtremus Ariſtoxeno teſte odas conſcripſit.

Polemo Athenienſis.

p Olemo Phloſtrati filius Athenienſis Pago Oeetheus oriūdus: cū eēt aduleſcēs: adeo īpudicus ac lubricus fuit: ut pecunias circūferret quo paratior eſſet & inſtructior ad uoluptates implendas: eas itidem in uias & angiportus occuleret. In academia quoq; iuxta colūnam quandam reperra eſt pecunia ab eo illic ī uſus ſimiles recondita. Aliquādo uero ex condito cum ſodalibus ebrius & coronatus Xenocratis irrupit ſcholam: Quo ille nihil aduerſus eam quam cæperat orationem ardentius quoq; proſecutus eſt. Erat autem ſermo de pudicicia: ea illius oratiōe ſenſim impurus aduleſcens ſeipſum collegit: atq; ita ut induſtria & ſtudio cæteros uinceret: eiq; in ſchola regēda ſuccederet centeſima ſextadecima olympiade docere inchoās. Refert Antigonus caryſtius in uitis patrē eius fuiſſe primarium ciuitatis: equoſq; iugales nutrire ſolitū: Fugiſſeq; iudicium polemonē ab uxore nequitiæ inſimulatū ꝙ aduleſcentibus cōgredereretur. Tantā uero inter ipſa philoſophādi principia oris atq; habitus aſſūpſiſſe conſtantiam ut idem ſemper ꝑmaneret uocemq; nunq̄ immutaret. Quibus ex rebus crantorē quoq; ſui ī primis ſtudioſū fecit. Deniq; a cane laceſitus dum ſurram morſu diſcerperet ne expalluit

quidē: tumultuq; ī ciuitate excitato pconctatus quidnā cō-
tigiſſet īmobilis pſtitit: In theatris quoq; nulla miſeratione
mouebatur. Nicoſtrato enim q cognominabatur Clytem-
neſtra poetæ quiddam ſibi cratiq; recitāte illoq; in affectū
commiſerationis tranſlato hic ita perſeuerauit ac ſi nō au-
diuiſſet. Eiuſmodi autem pfecto fuit qualē deſcribit Me-
lanthius pictor in libris de pictura: ait enim oportere cōtu-
maciam quandā atq; duritiā operibus & moribus ex æquo
moderari. Polemo autē dicebat oportere ī rebus exerceri: nō
in dialecticis: ſpeculationibus uti nē breuem quandā artem
ſorbentes atq; meditātes dū in rogationibus admirationi
habētur affectu ſibiipſis repugnarēt. erat igit̃ urbanus ad-
iuncta ſeuera conſtantia: Idq; fugiebat quod de Euripide
ſcribit Ariſtophanes acidū eum atq; aſperū uocans: Neq;
uero ſedens dicebat cū rogaretur: ſed ambulās. Itaq; ppter
ſummū probitatis ſtudiū ī ciuitate honorabatur maxime:
poſt deambulationē quieſcebat in hortulo iuxta quē diſci-
puli cōſtructis breuibus tuguriis ppe ſcholā exhedrāq; ha-
bitabant. Videtur autē Polemo Xenocratē in cūctis æmu-
latus: eumq; amaſſe Ariſtippus ī quarto de ātiquis delitiis
refert: ſemp deniq; illius īnocentiā & ſiccitatem Polemo in
ore habebat: īduerat illius quoq; grauitatē ueluti doricus q-
dam ī muſica modus. erat aūt & ſophoclis ī primis ſtudio-
ſus atq; in illis maxime locis ubi iuxta comicū canis quidā
moloſſicus ſecum una poemata feciſſe uidebatur: & ubi iu-
xta phrynicum nō elatus aut turbidus ſed mitis incedit at-
q; placidus. Dicebat igitur Homerum quidem epicum eſſe
Sopholē: Homerum uero ſophoclem tragicum. Obiit iam
uetulus ex phthiſi: reliquitq; opuſcula plurima: noſtrūq; ē
de eo carmen.

Non audis hominū triſtem polemona dolorem
Teximus: hic morbi quem poſuere graues.
Non polemon ſaxo tegitur. ſed inane cadauer
Hoc ad clara uolans aſtra reliquit humi.

Crates Athenienſis.

c Rates Atheniẽſis patre Antigene ortus pagothria/
ſius fuit auditor ſimul amatorq; Polemonis illiuſ
q; ſucceſſor ſcholæ.ita uero ſibi ꝓfuere ĩuicẽ ut nõ
modo uiuẽtes eadẽ ſint ſtudia ſecuti:uerũ ad ultimam fere
reſpirationẽ alterutrũ ſimiles fuerĩt:& mortui eodẽ ſepul/
chro ſint cõditi.Vnde & antagoras ambos uerſu laudauit ĩ
hanc ſñiam.Hoc tumulo cratẽ ac polemonẽ cõditos fatere
q transis o hoſpes uiros cõſenſu animorũ præcipuos:quo/
rum diuino ex ore doctrina manauit ſacra:uitæq; mũdicies
Sapiẽtiæ adiuncta ueris certiſq; pſuadens dogmatibus or/
nauit ſæculũ.hinc & Arceſilaũ cum ad eos a Theophraſto
diuerteret dixiſſe ferũt:illos deos eſſe aliquos aut aurei ſæ/
culi reliquias.Erant eĩm ingenio minime uulgari aut mul/
titudinis fauoribus dedito:Sed quod de Dionyſodoro ti/
bicine fertur:illis cõuenientiſſime aptari põt:quẽ aliquãdo
dixiſſe tradũt & exultantẽ atq; gloriãtem quod nihil ex ſuis
pulſibus neq; intrieris neq; ad fontẽ unq̃ audiuiſſet: ſicut
Iſmenii.Cœnare apud Crantorẽ ſolitũ r̃fert Antigonus cõ/
corditer ambobus Arceſilao etiã adiecto uiuẽtibus.habitaſ/
ſe itẽ Arceſilaũ una & Crantorẽ Polemonẽq; una cũ Crate
& Lyſide quodã ex ciuibus.Erat aũt ĩquit amator ut præ/
dictũ ẽ:Polemonis quidẽ Crates: Cratoris aũt Arceſilaus.
moriẽs aũt Crates ut apollodorus in tertio cronicorũ ait li/
bros reliquit alios quidẽ philoſophicos.De comœdia alios:
Orationes itẽ populares alias & de legationibus alias. ha/
buit & diſcipulos ſane memorabiles:horũ ex numero fuit
arceſilaus auditor ſuus de quo in conſequẽtibus dicemus:
& Bion itẽ horiſtenites ac poſtremo theodorus:a quo ſecta
theodorica denominata ẽ:de quo itẽ ſuo loco dicemus.De/
cem uero fuerũt Crates:Primus antiquæ comœdiæ poeta:
Secũdus orator trallianus de Iſocratis familia:Tertius ual/
lorum effoſſor:qui cũ alexãdro militauit:Quartus cynicus

de quo poſtea dicemus:Quintus phūs pipateticus:Sextus academicus quē prædiximus:Septimus malotes grāmaticus:Octauus q geometrica ſcripſit:Nonus poeta epigrammatū:Decimus traſenſis academicus philoſophus.

Crantor ſolenſis.

c Rantor ſolēſis cū apud ſuos haberetur in gloria: cōceſſit athēas:ibiq; Xenocratis auditor Polemoniſq; ſocius ī diſcēdo fuit.Reliquit aūt cōmētaria ad triginta uerſuū milia:Ex eis quædā Arceſilao nō deſunt q applicēt:Fertur cū īterrogatus eſſet cuius rei gratia ita ſe Polemoni addixiſſet:reſpōdiſſe:quia illū nūq̄ neq; acutius neq; grauius audiſſet loquentē. Is cū infirmatus eēt īaſclepianū ſeceſſit:ibiq; deambulabat:cōtinuo ad eū illuc undiq; confluxere diſcipuli exiſtimātes illū nō morbi cauſa:ſed q̧ ibi ſcholā uellet īſtituere eo cōceſſiſſe:Aderat tum illic & Arceſilaus uolēs ab illo ſe ad Polemonē cōferre quāq̄ amatore ſuo:ſicuti cū ad Arceſilaū uenerimus dicemus:qua ex re nō ſolū nihil ſuccenſuit:ſed ipſe quoq; cū ſanus factus eſſet ſe ad audiendū polemonē cōtulit:atq; inde multū illi & gloriæ & laudis acceſſit.Fertur & ſubſtantiā arceſilao reliquiſſe talentorum duodecim:Et cum ab eo rogaretur ubi nam ſepeliri uellet:dixiſſe terræ in caris uiſceribus abſcondi placet.Poemata quoq; ſcripſiſſe dicitur:eaq; ſignata a nullo in Mineruæ fano ī patrio ſolo cōdidiſſe.theaetetus quoq; poete illum laudans & uiris & muſis fuiſſe ī primis gratum canit:atq; ſub ipſam ſenectutem cum defeciſſet: hūo conditum:illic tranquillo æuo frui.

Tarda ſenecta tulit haud ultra uiuere crantor.
Complacuit muſis complacuitq; uiris.
Exanimem ſed terra uirum tu ſuſcipe ſacrum.
Sit placiduſq; illic ut quoq; uiuus erat.

Admirabatur Crātor præcæteris Homeꝝ & Euripidē dicēs:

opoſum eē & induſtriæ plenū ꝑprietate ſeruata tragice Si/
mul & miſericorditer ſcribere: ꝓferebatq; uerſiculū ex Bel/
lerophonte. Hei mihi qd ita mortales paſſi ſūus. Antagorā
quoq; poetā ferūt ut Crantoris ferri huiuſmodi: Crantoris
itē in laudem uerſus referri in Antagorā fama.

O mihi mens eſſet celebrem: quæ luſerat olim
Progeniem diuum: canerem nam carmine curas
Nunc æternorum: natos quot in æquore lati.
Oceani regina erebi. nox edidit alto:
Cypridis & terra genitos: ſortemq; malignam
Ventorum. ſed deinde uirū bona: duplicis atq;
Noſtra tuum canerent naturæ carmina corpus.

Erat aūt & noībus fingēdis acer. Tragœdū deniq; dixit in/fractā habere uocē: & cortice plenā: & Theophraſti quæſti/ones oſtreis cōſcriptas eſſe. laudatur eius maxīe liber quem de luctu edidit. Obiit ante polemonē & Cratē aquæ ī tercu/tis morbo: Eſt & noſtrū epigrāma in hanc ſentētiam.

Inundauit & te crātor peſſimus morbus:
Et ſic deſcendiſti in magnū plutonis abyſſum.
Et tu qui illic nunc gaudes.
Sermonū uidua ſtetit tuorū autem:
Academia & ſoli patria tua.

Arceſilaus ſcytha.

a Rceſilaus Seuthi ſiue ſcythi filius ſicut Apollodo/rus ī tertio chronicoꝝ ait: pitanaeus ex æolide pri/mus mediā īuexit Academiā negationes cōtinens propter ſermonū cōtrarietates: primuſq; in utrāq; diſſerere partem aggreſſus eſt. idq; orationis genus quod Plato tra/diderat: per interrogationem ac reſponſionem ex umbra in certamē ac puluerē prior eduxit. Crātori uero in hunc mo/dum congreſſus eſt: Quartus erat ex fratribus: qui illi duo erant ex eodem patre duoq; eadem ex matre generati. Ex his alter qui eodem ex patre maior natu erat Pylades:

q uero ex matre Mœreas dicebatur: quiq; eius curator erat. audiuit itaq; principio quidē Autolycū mathematicū ciuē ſuū āte q̄ proficiſceretur athenas: q cū ſardis quoq; prexit. Deinde Xanthū athenienſē quoq; muſicū: poſt quē Theophraſti auditor fuit. Tum demū in academiā ſe ad Crātorē cōtulit. Mœreas enī quē prædiximus frater illum ad oratoriā ediſcendā hortabatur: ſed illū philoſophiæ iā amor cæpat. Eo amore flagrantē Crantor amator ſuus Euripidis ex Andromeda uerſiculo pcontari pergit. Num grās habebis ſi te ſeruarim uirgo? cui ille ſequentia reſpōdit. Duc age me hoſpes: & ancillā aut coniugē ut uoles habe. Ex hoc iā pariter ambo morabantur. Aegre tuliſſe Theophraſtū aiunt illius receſſum: ac dixiſſe. Quā ingenioſus promptuſq; aduleſcens e ſchola diſceſſit: Nanq; cum eſſet in dicēdo grauiſſimus: atq; in ſcribendo ſatis exercitatus: poeticæ quoq; operā dedit. Feruntur eius epigrāmata in Attalum.

Pergamus haud armis: ſed equis quoq; clara p orbem
Dicitur a piſa quam coluere dei.
Ex Ioue ſi fas eſt mortali dicere mentem
Rurſus erit multo concelebrata magis.

atq; Menodorū Eudami filium unū ex cōdiſcipulis amātē.

Hinc diſtat phrygia eſt longe ſacra hinc thyatera
O Menodore tua patria cadauada.
Aequaleſq; uiæ ducunt acheronta nephandum
Virorum ut acer undiq; permenſurata.
Hoc tibi ſed tumulum accurata condidit arte
Eudemus omnibus qui tibi amicior.

Amplectebatur Homerum maxīe ex omnibus: cuius adeo ſtudioſus erat: ut ſemper āte ſomnum eius aliquid legeret. Mane quoque cum ſurgeret dicens ſe ad amaſium pergere ne ab eo legēdo īpediretur. Pīdarū quoque dicebat eſſe īprimis idoneum implere uocem: uerborumq; ac nominum copiam præbere. Stilum etiam ionicum expreſſit cum eſſet iunior. Hipponici item geometræ auditor fuit: in quem cum

eſſet alias hebes & obtuſus & hiſcens: artis tamē intelligētia ualeret: iocatus eſt dicens hianti ſibi geometriā in os aduolauiſſe: eū etiā dementē aliquando effectū domi ſecū habuit: atq; tā diu illius curā egit quoad redderetur ſenſui. Crate autē uita functo scholā tenuit: cedēte ſibi ſocratide quodā: nullū uero librū ſcripſiſſe ferunt: ꝗ æque de oībus retīeret aſſenſū. Alii deprehenſū dum quædā emendaret tradunt: eos tamen ipſos alii non edidiſſe: alii flāmis tradidiſſe aiūt. In honore ſūmo Platonē habuit: libroſq; illius ſtudioſe lectitabat: ſunt q Pyrrhonē quoq; imitatum aſſeuerēt. Dialecticæ quoq; fuit non īperitus: eretricorumq; ſermones ac ratiōes calluit. Vnde & de illo ab Ariſtone dicebatur ante Plato: retro Pyrrho: mediuſq; Diodorus. Timon etiam de illo ſic locutus eſt: habēs nanq; Menedemū plumbū in ſinibus ponet: ſeu Pyrrhonē penitus carneū: ſiue Diodorū. Erat autē ꝓloqis abunde utens & cōſtrictus atq; in locutione ambiguus. Ac præterea obiurgator cōfidens multū atq; audax: quod Timon quoque ſignauit: q illius īcrepando uehemētiā uno uerſiculo expreſſit.

Oblitus neſcis iuuenum dum cuncta reprendis.

Vnde & adoleſcente quodā audacius q̄ par erat loquente: nullus ne inquit hunc talo excipiet. Cū retuliſſet ad eū quidā uitioſe cōcludens: non uideri altero alterū maius ne decē inquit digitorum lōgitudo ſenorū longitudine. Emone quodā chio cū eſſet deformis formoſū ſe arbitrante ac iugiter chlamydē precioſā īduēte: ac rogāte num illi ſapiēs amaturus uideretur ait utrū. neq; enī ſi ita qſpiā fuerit pulcher ut tu: neq; ſi ita ſpecioſe īduatur ut tu. Cū uero ab īpudico ita ageretur cui forte infenſa erat eius grauitas: licet ne te rogare o ueneranda an ſilere: ſic ait. Quid mihi o mulier aſpera nec cōſueta loqueris: uerboſo cuidā ignauo ocia ſua pturbanti īprobe inquit & īpudice loqui ſeruorū filii conſueuerunt. Loquaci itidē ſe obtūdēti nimio uerborū ſtrepitu: graui inquit nutrice caruiſti. Quibuſdā uero nihil reſpōdebat.

Fœneratore quodã ac dicendi ſtudioſo quiddã ſe ignorãte
dicẽte. Latent enĩ inqt & uentorũ tranſitus auẽ niſi cum ad
ſit fœtus. Sumpta ſunt autẽ iſta ex Enomao Sophoclis. A
lexinũ quendam dialecticũ Alexini quædã cõmode ac pro
merito enarrare nõ ualentẽ: qd Philoxenus aduerſus lateri-
tios oparios egiſſet admonuit. Ille enĩ cũ hos carmen ſuum
male cantantes offendiſſet: lateres illorũ conculcare cœpit
ac dicere. Vos mea corrũpitis: ego ueſtra diſſipabo. Ferebat
grauiter ſi qs ĩtẽpeſtiue diſciplinas liberales arripuiſſet. Na
turaliter autẽ quodãmodo in diſſerendo utebatur hoc uer-
bo arbitror equidẽ: & nõ aſſẽtietur iſtis ille eũ ex noĩe appel
lãs: idq; diſcipulorũ quoq; plurimi mirabãtur: neq; id ſolũ
uerũ & rhetoricen eius omnẽq; dicendi modũ ac figurã ĩ ſe
nitebantur exprimere. erat autẽ illi inuẽtionis præcipua fœ
licitas. Rite itẽ ac facile occurrere obiectis: orationiſq; ãbitũ
ad id quod erat ꝓpoſitũ r̃ferre: atq; oĩ ſe tẽpori accõmodare
mirifice callebat. Magna illi præterea ultra oẽs cæteros erat
perſuadendi quæ uellet acrimonia. Quibus ex rebus factũ
eſt ut ad eum audiendũ cõfluerent plurimi: & quidem cum
illius in modico acumine offenderentur. Quod tamen illi
ipſi æquo aĩo ac libenter tolerabant. erat enĩ uir bonus ual-
de: ſuoſq; auditores bona ſpe plenos emittebat. erat illi ſũ-
ma facilitas in cõmunicandis rebus ſuis: atq; ad ferenda be
neficia prõptus occurrebat: latere quoq; gratiam omni ſtu
dio quærebat: faſtum eiuſmodi maxime exhorrẽs. Deniq;
ingreſſus aliquando ad Cteſibiũ ægrotum uidensq; inopia
rerum anguſtari: plenum nũmis ſacculũ clã eius puluino
ſubiecit. Quo ille inuento Arceſilai inquit hic ludus eſt.
Sed & alias mille ad eũ ſolidos miſit. Archiã uero arcadẽ eu
meni cõmendãs ut magna dignitate frueretur effecit. Libe
ralis quoq; admodũ fuit: ipſãq; liberalitatẽ ſuã argenteis ĩ-
primis uaſis præferebat: atq; cũ Archecratis & Callicratis
appatu cõtendẽs: aurea quoq; uaſa ĩ ſtudio habuit pluriſq;
ea ſubminiſtrabat: quibus & conuiuia & cœnas faciebant.

liber

Acceperat ab eo q̄dam ad ſuſcipiẽdos amicos argẽtea uaſa:
cũ uero is egenus eſſet non repetiit. Aiunt alii de induſtria
hæc illũ utẽda dediſſe:& cum ea ille redderet: q̄a paup erat:
illi largitum fuiſſe. Erat quidẽ illi & in pitane ſubſtantia ex
qua ſibi Pylades frater ſuppeditabat ad uitæ uſus. Sed &
Eumenes Philetæri filius ipſũ largiſſĩs frequẽtibuſq; illu-
ſtrabat dõis. Quocirca & huic ſoli præter cæteros ſtudebat
reges. Cũ autẽ Antigono pleriq; obſequerentur: illiuſq; do
mũ ſalutandi cã frequentarẽt: ipſe q̄etẽ agebat nolens ĩ illi
us notitiã ĩcidere. Hieroclis itẽ amicitiis ĩprimis fruebatur:
q munychiã poſſidebat & piræũ. Itaq; diebus feſtis ſẽp de
ſcendere ad eũ cõſueuerat:& cũ ab eo quoq; ut Antigonũ
ſalutatũ pergeret ĩduceretur non acquieuit: ſed ad uſq; illi
us ianuas profectus retro rediit. Poſt naualẽ uero antigoni
pugnã pluriſ illũ adeuntibus epiſtolaſq; ꝓ cõſolatione ſcri
bentibus tacuit ipſe. Attamen ꝓ p̃ria legatione ad Antigo-
nũ in demetriadẽ functus abſq; effectu rediit. Oẽ igitur tẽ
pus uixit in academia: reipu. negocia fugiens & cõſilia dam
nãs. Interdũ & athenis in piræo morabatur ex tẽpore dicẽs.
Hierocle enĩ ut diximus utebatur familiariter: unde & a ple
riſq; carpebatur. Magnificentia præterea excellens: q̄d enĩ
rectius dici poteſt q̃ alter Ariſtippus. Cœnas cũ ſimilibus
ſæpe celebrabat: ipſeq; ad illos ꝓficiſcebatur. Theodote itẽ
ac Philete elięſibus ſcortis palã cõgr̃diebatur: detrahẽtibus
aũt Ariſtippi ĩſtituta recenſebat. Aduleſcentibus item ma-
xĩe ſtudebat: eratq; ĩ amorem ꝓnus. Vnde illũ Ariſton chi
us ſtoicus corruptorẽ iuuenum diſertumq; ĩpudicum & te
merariũ appellans accuſabat. Nãq; & Demetriũ cum is Cy
renem nauigaſſet amaſſe plurimũ dicitur & Myrleanum le
ocharẽ: de quo & ad comeſſãtes dixiſſe ſe q̄dem aperire uel-
le: illum aũt ꝓhibere. Hunc amabãt & Demochares lache-
tis & Pythocles Beſelii filius. Quos ille cũ deprehendiſſet:
cedere ſe tolerãdo dixit. Præterea carpebãt eum & obiurga-
bãt ii quos diximus: ut uulgo addictum gloriæq; ſtudioſũ.

maxime autē illū apud Hieronymum ꝑipateticū uexabāt:
cū amicos cogeret ad natalē diē Alcyonei Antigoni filii:qua
die pecunias plurimas in ſūptus quotānis mittebat Antigo
nus. Vbi cū deuitaret īter pocula diſſerere: Aridelo propo/
nēti ſibi qddā quod ſpeculatione indigeret : orantiq; ut ſu/
per illo diſſereret: dixiſſe fertur. At hoc ipſū īprimis philo/
ſophiæ propriū eſt: eiuſq; rei tēpus ſcire . In id autē quod
turbæ addictus culpabatur: & Timon itidē ſuo ut ſolet cur
ſu coarguit. Cū tamen eſſet eiuſmodi ita moderatus & fa/
ſtus fugiēs erat: ut diſcipulos moneret & alios audire: & cū
aduleſcens quidam chius ex ludo ſuo Hieronymi quē præ/
diximus ſcholā plus ſibi placere ſignificaſſet: ipſe manu ap
prehenſum ad illū duxit: philoſophoq; cōmendauit admo
nens ſeruare ordīs ac diſciplinæ grauitatē. Perlepidū & hoc
illius dictū memoratur. Percōtanti enī cur ex diſciplīs aliis
plæriq; ad ſectā epicureā tranſirēt: ex epicureis uero nullus
ſe ad cæteras cōferret: ait. quia ex uiris qdē galli fiūt: ex gal/
lis uiri nunq̄. Cū uero iā eſſet morti ꝓximus: ſua oīa Pyla
di fratri legauit: q̄ is illum chiū clā mœrea atq; īde athenas
deduxerat. Nunq̄ uero aut uxorem duxit aut filios genuit.
Tria teſtamēta cōſcripſit. Ex his unū eretriæ penes Amphi
critum depoſuit: ſecundū athenis apud quendā ex amicis:
Tertiū domum ad Thaumaſiā quēdā neceſſariū ſuum mi
ſit orans ut illud ſeruaret: ad quē ita etiā ſcripſit. Arceſilaus
Thaumaſiæ ſalutē. Teſtamenta mea Diogeni tradidi ad te
ꝑferenda. Quia enī ſæpius ægroto: & corpore nō rite ualeo
teſtamentū cōficere placuit: ut ſi quid cōtingat inopinatū:
ſine tua iniuria ꝓficiſcar ex uita: q unus ex oībus maxime
me affectu ꝓſecutus es: fidiſſimus autem oīum q hic ſunt
cum mihi ſemper fueris: diligenter ea ſeruare ſtude: tum ꝓ
pter ætatē: tum ꝓpter neceſſitudinē. Cura igitur memor q̄n
tū tuæ fidei cōmittā : ut quod apud te totū deponā q̄tū in
te eſt: id moliri: ut negocia mea honeſte diſpoſita ſint. Poſi
ta ſunt autē iſta athenis apud quendā ex amicis : & eretriæ

penes Amphicritũ. Obiit ut Hermippus ait: cũ merum immodice hauſiſſet: ac per id offendiſſet ſeptuageſimo & quĩto ætatis ãno: ſuſceptuſq; ẽ ab atheniẽſibus ut nemo alius.

Quid uini tantum dic Arceſilae bibiſti:
  Extra ſis mentem lapſus ut ipſe tuam.
Non tam te miſeror ꝙ mortuus: at quia muſas
  Tu potus nimio læſeris e calice.

Fuerũt & tres alii Arceſilai: primus poeta priſcæ comœdiæ: ſecundus elegiæ poeta: tertius ſculptor: in quem & Simonides hoc ſcripſit epigrãma. Signum hoc dianæ eſt: Ducentæ enim merces eius dragmæ: Artifex elaborauit Palladis manibus Dignus Arceſilaus Ariſtodici filius. Prædictus autẽ philoſophus ut ait Apollodorus in chronicis floruit maxĩe circa centeſimam & uigeſimam Olympiadem.

Bion Boriſthenites.

b Ion genere quidem boriſthenites fuit. Quibus uero ſit ortus parentibus: & qbus ex rebus ad philoſophiã ſe contulerit: ipſe Antigono aperuit. Cum enim ille ſciſcitaretur quiſnã ũde ubi illius eſſet patria atq; parentes: ſentiens ſe uituperatũ eſſe apud regem atq; ideo ſic locutũ ad illum ait. Pater quidẽ meus libertus fuit cubito ſe tergens. Significabat autẽ illum ſuccidiã & lardũ uendere. Boriſthenites genere non habens faciẽ: ſed in facie ſcripturã acerbiſſimi domini: mater autẽ quam huiuſmodi ducere potuit. Deinde pater neſcio quid in rem publicanorũ cõmittens cũ tota domo uenundatus eſt. Me aduleſcentulũ haud ignauum uel ingratum orator quidã emit. Is moriens mihi omnia reliquit. Ego tabulas ipſius exurens cunctaſq; conſcindens athenas cõceſſi: ibiq; philoſophatus ſũ. Hoc mihi genus ẽ: iſta ꝓgenies: iſta habui quæ de me dicerẽ. Deſinant igitur Perſeus ac Philonides ea hiſtoriæ tradere: me autẽ ex me ipſo ĩtueř: & erat ſane Bion alias uerſatili

ingenio:& ſophiſta callidus:puerq; circa philoſophiā ſe ex
ercere uolentibus occaſionem præbuerat.In quibuſdā uero
lenis & lympidus faſtuq; perfrui ualens.Cōplura autē reli/
quit cōmentaria:ſed & ſententias utiles & graues:ut illud.
Cū ſibi probro daretur:ꝙ aduleſcentē non ſibi uendicaſſet.
non enī īquit poſſibile eſt mollē caſeū hamo attrahere. In
terrogatus aliquando quiſnā anxietate maiore detinetur?
Ille īquit q ſe maxīe cupit eſſe fœlicē & quietū.Rogatus an
ducēda eſſet uxor?refertur enī & ad hūc iſtud:ſi qdē ait tur
pē duxeris:pœnā hēbis:ſin autē formoſā cōmunis erit.Se/
nectutē malorū oīum portū aſſerebat: ſiquidē ad ipſā cun
cta confugere:gloriā annorū eſſe matrē: pulchritudinē alie
nū bonū:diuitias neruos rerū.Ad eū q fundos ſuos uoraue
rat:Terra inqt Amphiaraū abſorbuit:ſed terrā tu. Magnū
aiebat malū eſſe ferre nō poſſe malū.Arguebat eos q hoīes
quaſi ſine ſenſu eſſent exurerent:eoſq; ueluti ſenſu prædi/
tos adurerent.Dicebat autē iugiter optabilius eſſe ſpeciē al
teri largiri ſuā:q̄ alienā petulanter ābire. Corpoꝛ qppe atq;
aīo lædi qui id feciſſet.Sed & Socratē in ius uocabat dicēs.
Nā ſiquidē alcibiade uti potuit & abſtinuit:inanis fuit:ſin
uero nō ualuit:nihil magnū fecit.Facilē eſſe dicebat ad īfer
nū uiā:clauſis enī oculis illuc iri.Alcibiadē culpans dicebat
illū dū eſſet aduleſcens uiros ab uxoribus:iuuenē uero uxo
res a uiris abduxiſſe.Rhodi athenienſibus ad oratoriā ſe ex
ercentibus philoſophiā ipſe docebat. Cauſante quodā cur
ita faceret.Frumenta inqt attuli:& ordeū uendo. Dicebat
eos qui eſſent in īferno magis ꝑfecto cruciandos: ſi ītegris
q̄ ſi pforatis uaſis aquas ferrent. Orante ſe uerboſo quodā
ut ſibi opē ferret:ſatis inqt tibi faciā: ſi qui precētur pro te
ad me miſeris:ipſe quoq; nō ueneris.Nauigās cū peſſimis
hoībus ī latrones īcidit.Dicētibus illis pibimus ſi agnoſca/
mur:at ego īquit niſi agnoſcamur elationē eſſe aſſerebat ꝑ
fectus īpedimentū.Ad diuitē auarū nō inqt hic ſubſtantiā
poſſidet:ſed ab ea ipſe poſſidetur.Tenaces itaq; aiebat opū

ut ſuarū hr̄e curā: uerū ex eis ut ex alienis nihil cape utilita-
tis. Fortitudine inquit cū ſumus iuuenes utimur: at cū ſene
ſcere īcipimus prudentia uigemus. Tantū uero prndentiā
a uirtutibus cæteris differre aſſerebat: q̄tū uiſum ab aliis ſē
ſibus. Aiebat nō eſſe exprobrandā ſenectutē quippe ad quā
oēs puenire cupimus. Inuido cuidā ſubtriſti neſcio inquit
utrū tibi malū: an alteri bonū cōtigerit. Impietatē peſſimā
eſſe dicebat cōtubernalē fiduciæ: in ſeruitutē euī uirum redi
git: q̄ntū libet ille ore audax ac liber ſit. Amicos qualeſcūq;
ſint oportere ſeruari: ne uideamur uel malis uti: uel deuitar̄
bonos. Is in prīcipio quidem academiæ īſtituta aſpernaba-
tur: quo tēpore Cratis auditor erat: deinde Cynicum elegit ī
ſtitutū ſūpto pallio & pera. Nam qd illum aliud ad eā ani
mi cōſtantiā traduxit. Demum uero ſe ad theodoria trāſtu
lit. Theodori athei auditorium frequantans: q oī orationis
genere uti ſolebat in dicēdo: Poſt hunc uero Theophraſtū
peripateticū audiuit. Erat autem & ſpectaculorum ſtudio-
ſus: riſumq; mouere auditoribus maxime peritus grauibus
nōibus aduerſum res utens. Quia uero orationem ſuam oī
dicendi genere tēperauerat: aiunt Eratoſthenē dixiſſe de illo
Primus oīum Bion philoſophiā uario orationis flore ueſti
uit. Erat illi itē & faciendis uerſibus ingeniū præcipue acco-
modatum. Eius ſunt illa. O pater archyta & cætera. Sed oī-
no & muſicā & geometriā ꝓ ludo habuit. Apparatus quoq;
magnifici ac precioſi erat ſtudioſus: atq; ideo ex urbe ī urbē
ſæpe migrabat. Sæpe ſibi & arte moliebatur. Rhodi deniq;
nautis perſuaſit ut ſūpta ſcholari ueſte ſe ſequerētur: cūq;
his ingreſſus gymnaſiū cōſpicuus fuit: conſueuit & adule-
ſcētes ſibi adoptare: ut eis & ad uoluptatē abuteretur: & ab
eorū beniuolentia ꝓtegeretur. Sed & ſui uehementer amāſ
fuit: ſemperq; illud ſibi ī ore erat: amicorū cuncta coīa ſūt.
Idcirco & nemo illius diſcipulus inſcribitur: cum tot habue
rit ſui auditores. Quoſdam uero ad impudentiā prouexit.
Vnde & Butio unus ex familiaribus ſuis aliquando ad Me

nedemum dixiſſe fertur. Equidem o Menedeme noctu Bioni coniungor: nihilq; indignum mihi paſſus uideor. Multa etiam ſceleſtius cougredientibus colloquebatur. Hoc autẽ ex impii Theodori diſciplina hauſerat. Poſtremo incidens in malam ualitudinem ut dixerunt qui erant ex chalcide: illic enim & uitam finiuit: ligaturas ſuſcipere inductus ẽ: & pœnitentiam agere ſuper his quæ peccarat in deum. Eorũ uero inopia quibus infirmorum cura erat dire cruciatus eſt quoad Antigonus duos illi famulos miſit: ſecutuſque eſt eum in ſella ut fauorinus tradit in omnimoda hiſtoria: ſed hic quoque uita exceſſit. Illum nos ita accuſati ſumus. Biona boriſthenitem refert ſcythica tellus dixiſſe: audimus deos q̃ uere nihil ſint. Ac ſiquidem id dogma tueri perſtitiſſet merito dicendus eſſet ſenſiſſe ut uiſum eſſet: & ſi male uiſum eſſet: tamen at nunc longo morbo tabeſcens ac mori pertimeſcens qui deos non eſſe dixerat: fanumque non uiderat: mortalibus quique illudebat uiris dum diis immolarent: non modo gratis ſuper ararum ac menſæ nidore deorum hoſtiis admouit nares: nec modo peccaui dixit: uetera diluite: ſed & anui collum facile porrexit excantandum brachiaque ligaturis perſuaſus deuinxit: rhamnnmque & lauri ramum ianuæ impoſuit: cuncta perpeti magis q̃ mori paratus. Stultus qui mercede cupiit deum redimer̃: quaſi tũc dii eſſent: cum illos Bion æſtimare uellet. Ergo nequicquã ſentiens cum lembus erat carbo totus tendenſque manum ita ferme ait. Salue inquit Pluto ſalue. Decem uero Biones fuere. Primus qui pherecydi ſyro cõtẽporaneus fuit: cuius duo feruntur libri: eſt autem proconneſius. Secundus ſyracuſanus qui artes rhetoricas conſcripſit. Tertius hic ipſe. Quartus ex Democriti familia & mathematicus Abderites q attice ſcripſit & ionice. Hic prior eſſe dixit regiões q̃ſdã ubi eſſet ſex menſiũ nox: & totidem dies. Quintus ſolenſis q cõſcripſit æthiopica. Ssxtus rhetoricus cuius ferũtur libri nouẽ muſarum inſcripti. Septimus lyricus poeta. Octauus

Mileſius ſculptor:cuius & Polemo meminit:Nonus poeta tragicus ex his qui tarſici dicũtur.Decimus itidem ſculptor clazomenius ſiue chius:cuius & Hipponax meminit.

Lacydes cyrenæus.

L Acydes Alexandri filius cyrenæus nouæ academiæ prĩceps Arceſilaiq; ſucceſſor fuit:uir eximiæ ſeueritatis:habuitq; inſtituti ſui nõ paucos æmulos:fuit ab adoleſcẽtia ſũme ſtudioſus & paup̱ quidẽ : ſed gratus admodũ:atq; ĩ ſermone iocũdus.Aiunt eũ & circa rẽ familiarẽ dulciſſime ſe habuiſſe:cũ ex penu ꝓmere quicq̃ uoluiſſet obſignato aditu rurſus ãnulũ p̱ foramen ĩtus iaciebat: ut nihil inde ex recõditis ꝛ̃bus tolleretur.Id cũ aĩaduertiſſẽt famuli reſignabant quæ ſignata erant:& quæ uoluiſſẽt ĩde tollebant:ac deinde ãnulũ ĩ porticũ p̱ rimã ĩmittebãt. Idq; cũ ſæpe facerent nunq̃ deprehẽdi potuerũt. Lacydes igitur academiæ ſcholã hẽbat in orto:quẽ Attalus rex fieri curauerat:lacydiũq; ab ipſo appellatus eſt:ſoluſq; ex oĩ memoria iuuenis phocẽſibus Telecli & Euandro ſcholã tradidit. Porro Euandro ſucceſſit Heſgeſinus pgamenus:a quo Carneades.Lepidũ uero illud ad Lacydẽ refertur.Attalo enĩ deniq; illũ ad ſe accerſente dixiſſe fertur imagines ꝓcul eſſe ĩtuendas.Sero autẽ geometriæ danti operã ait quiſpiam certe ne nunc tẽpus certe ne nũc quidẽ ? Obiit autẽ cũ ſcholã regere cœpiſſet:quarto ãno cẽteſimæ trigeſimæ q̃rtæ olympiadis uigĩti & ſex ãnis ĩ ſcholæ regĩe cõſũptis . Mortuus ẽ aũt ex palyſi quã ex ĩmodica potatiõe incurrerat: & nos de illo ita cecinimus.

Fama tui Lacyde nota eſt ꝙ & ipſe lieum
  Exceptum ſtygias traxeris uſque domos.
Planum eſt ꝙ Bacchus penetrat cum corpora multus
  Soluit ea:idcirco nil ſatus eſt bromius.

Gyua'des

Carneades.

c Arneades Epicomi ſiue ut Alexander in ſucceſſionibus tradit Philocomi filius cyrenæus: hic ſtoicorum & Chryſippi libris diligentiſſime perlectis eis modice reluctabatur: adeoq; id uerecunde faciebat: ut id ſæpius diceret: niſi Chryſippus eſſet: non eſſem ego. Fuit autē uehementer ſtudioſus: porro phyſicæ minus curam habuit ethicæ ſe magis deuouit. Quocirca & cæſariem & ũgues nutriebat præcipua intentione ſtudiorum. Adeo autem in philoſophia uiguit: tãtumq; ſibi in ea neruorum comparauit: ut oratores quoq; in ipſis ſcholis ad eum audiendum pergerẽt. Erat autem illi & uox maxima & præcipue ſonora: adeo ut gymnaſii princeps ad illũ mitteret: ac ne ita clamaret admoneret. Ad quem ille: da uocis modum inquit. Et ille ſapientiſſime ſane congrueq; reſpondit. Modum enim habes ait auditores. Acriter autem inuehebatur atque in quæſtionibus erat inſuperabilis. Cœnas autem ob cauſas prædictas iam declinabat. Hic aliquando cum Mentor bithynus diſcipulus atque auditor ſuus pellicem ſuã adamaret: ut Fauorinus refert in omnimoda hiſtoria: interdicendum ita ĩ illũ iocatus eſt. Verſatur hic ſenex quidam inanis futilis Mentori corpore atque uoce ſimillimus: eum hac ſchola abdicari placet. At ille continuo exurgens intulit hæc illi dixere: cõcite iſti ſurrexerunt. Durius autem uidetur circa finem uerſatus eſſe cum ſæpius diceret quæ conſtituit natura & compegit ea & diſſoluet. Cum autem didiciſſet Antipatrum ueneno hauſto defunctum & ipſe incitatus eſt ad audendum contra mortem: aitq; ſuis. Date igitur & mihi. Qui cum dicerent quid? ait mulſum. Defuncto auté illo defectionẽ lunæ factã aiunt: ut cõpati ſibi uideri poſſit. Pulcherrimũ poſt ſolem ſydus refert Apollodorus in chronicis humanis eum exceſſiſſe rebus olympiadis centeſimæ ſexageſimæ ſecundæ anno quarto: cum uixiſſet annos octoginta quinq;

Feruntur eius epiſtolæ ad Ariathem cappadociæ regem. Reliqua ipſius conſcripſere diſcipuli: ipſe enim nihil reliquit. ẽ autẽ & ĩ hũc nr̃m epigrãma logadico & archabuleo metro

Quid me carneade: quid me muſa uis arguere?
Indocilis qui nihil uidit quod metuerat mori.
Quando & phthiſicum olĩ habens peſſimũ morbum
Noluit ſolutionem hr̃e: ſed audiens ꝙ uenenum
Antipatrus bibens extinctus eſt: date igitur
Inquit aliquid & mihi bibere.
Quid tamen quid? date mulſum ualdeq;
Habuit prompta hæc natura continens me:
Et diſſoluetur iam: & hic quidem nihil minus
Ceſſit ſub terram: dicebat autem plura
Mala lucra habentẽ ire ad Plutonem.

Fertur ei lumina calligine offendi ſolita: ipſo nihil aduertẽte: iubereq; ſolitũ puero lucernã accendere: quã ille cũ intuliſſet: ac diceret attuli: reſpondere cõſueſſe lege igitur. Huiuſce alii cõplures fuere diſcipuli: ſed excelluit oĩbus Clitomachus: de quo etiam ſubſequenter dicendũ. Fuit & alius Carneades elegiæ poeta parum probatus.

Clitomachus.

c Litomachus carthaginenſis patriaq; lĩgua Aſdrubal appellabatur: ĩ qua etiã apud ſuos philoſophari cõſueuerat. Athenas autẽ contendit quadraginta annos natus: audiuitq; Carneadem. Eius ille induſtriam animaduertẽs litteras doceri fecit: ac ſtudioſe imbuit uirũ. Ad tantum autem peritiæ perue ctus eſt: ut ultra quadragĩta uolumina ſcripſerit ſucceſſeritque Carneadi: cuius etiam dicta maxime illuſtrauit litteris. Verſatus eſt autem in tribus maxime ſectis: academicorum ſcilicet peripaticorum atque ſtoicorum. Porro academicos ita fere laceſſit Timon neq; academicorum latiloquentiæ inutilis.

Hactenus de academicis: q a Platone fluxere diximus: ueniendum iã ad pipateticos: & eos a Platone uenientes: quorũ fuit prĩceps Ariſtoteles: & primo de ipſo dicendum.

LAERTII DIOGENIS LIBER QVINTVS.

ARISTOTELES

a Riſtoteles nicomachi Phæſtiadiſq; filius ſtagirites fuit. Porro Nicomachus a Nicomacho Macaonis filio Aeſculapiiq; nepote origiñe duxit: ut Hermippus in eo libro quem de Ariſtotele ſcripſit tradit: eratq; carus ĩprimis Amyntæ macedonum regi medicinæ & amicitiæ gr̃a. Hic inter oĩs Platonis diſcipulos maxĩe excelluit: uoceq; gracili ut Timotheus athenienſis ĩ libro de uitis refert: & exilibus cruribus puiſq; oculis fuit: ueſte inſigni & ãnulis ac tõſura utens. Natus ẽ aũt illi & filius Nicomachus ex Herpylide pellice: ut Timotheus ait. Receſſit a Platone dũ adhuc ſup uiueret. Vnde dixiſſe illũ tradunt Ariſtoleles in nos recalcitrauit nõ ſecus atq; ĩ matrem pulli geniti. Refert Hermipput in uitis cũ athenienſium legatus ad Philippũ pfectus eſſet Ariſtoteles: academicæ ſcholæ præfectum fuiſſe Xenocratẽ. Cũ uero reuerſus eſſet: ſcholãq; ſub alio uidiſſet: elegiſſe in lycio pipatum: illicq; uſq; ad unctionem deãbulando cum diſcipulis philoſophari ſolitũ: atq; ideo peripateticum appellatũ eſſe. Alii idcirco ſic uocatum aſſerunt: q ex ægritudĩe cõualeſcẽti ac deãbulãti Alexãdro aſſiſtẽs quædã diſſerere ſoleret. Vbi uero iam plures eſſe cœperant: ſedẽs docebat dicens turpe eſſe reticere: Xenocratem uero loqui permittere ad propoſitam quæſtionem diſcipulos una exercebat ſimul & oratoriam docens. Deinde ad Hermiam

eunuchũ ꝓfectus ẽ Atarnenſium tyrannũ quẽ alii qdẽ pædica ipſius fuiſſe tradũt. Alii uero ſibi affinitate iunctũ: tradita ei filia ſiue nepte: ut refert Demetrius magneſius in libris de poetis ac ſcriptoribus æquocis: q & Eubuli ſeruum Hermiã fuiſſe ait bithyniũ genere: quẽ & dominũ ſuum enecaſſe. Porro Ariſtippus ĩ primo de ãtiqs deliciis libro Ariſtotelẽ ait Hermiæ pellicẽ adamaſſe: quã ille cũ ſibi ꝑmiſiſſet: duxiſſe eã & gaudio elatum ĩmolaſſe mulieri: ut athenienſes Eleuſinæ Cereri Hermiæq; pæana ſcripſiſſe q ἔνδον hoc ẽ intus ſcriptus ẽ. Hinc iã in macedonia apud Philippũ uixiſſe: Atq; ab eo Alexandrum filium erudiendum accepiſſe: petiſſeq; inſtaurari ſolum patriũ a Philippo uerſũ id ubi ĩpetraſſet dediſſe illis leges. In ſchola quoq; leges tulit imitãdo Xenocratẽ: ut decẽdialẽ prĩcipem facerent. Vbi uero Alexandro ĩſtituendo ſatis uiſus ẽ nauaſſe operã: eũq; ſibi deuĩxiſſe: cõmẽdato illi cognato Calliſthene Olynthio athenas cõceſſit. Eum audacius q̃ par erat alloquentẽ regẽ & minĩe illi aſſequentẽ ab ipſo increpitum aſſerunt: uerſu admonente: ni talia loq deſiſteret: mature periturũ. quod & factum eſt. Nãq; Hermolao in Alexãdrum ĩſidiarum ſocius fuiſſe depreheſus cauea ferrea circunduci pædore atq; ſquallore obſitus leoĩ poſtremo obiectus eſt: ſicq; exceſſit e uita. Enĩuero Ariſtoteles athenas ꝓfectus: cum illic tredecĩ ãnis docuiſſet: clã ĩ chalcidem cõceſſit: ꝙ ab Eurimedõte hierophanta ĩpietatis accuſatus eſſet: ſiue ut Fauorinus ait in oĩmoda hiſtoria a Demophilo: ꝙ hymnum in eum quẽ prædiximus Hermiã ſcripſerit: Epigrammaq; ſtatuæ quæ in delphis eſt nouum inciderit. Improbe peremit Perſa ſagittarius.

Rex perſæ flexis tranſmittere ſpicula docti
  Arcubus: aſt auſus ius uiolare ſacrum:
Perdidit hunc aſtu diro certamine uictor
  Vſus fallacis credulitate uiri.

Hic uero ut ait Eumolus in quinto hiſtoriarum aconitum

Quinkes

bibens mortuus eſt: ſeptuageſimo ætatis ãno. Idem uero refert ipſum Platoni triginta annorum ſe in diſciplinam dediſſe: ſed profecto fallitur. Nanq; ſeptimo decimo ætatis ãno Platoné audire cepit. Eſt auté hymnus hiuiuſmodi. Virtus laborioſa mortalibus uitæ profecto præclara & cætera.

Virtus difficilis maximus & labor.
Humano generi nobilis optima.
Tu uenatio uitæ
Es mortalibus omnibus.
Nam propter ſpeciem tuam uirgo mori
Nimirum celebris caſus & inclyta
Eſt in græcia: & altis
Se præſtare laboribus.
Talem tu iacis in pectora nobilem
Fructum: perpetuo tempore qui manet.
Auro tu melior: tu es ſomno & genitoribus.
Lædæ cum pueris amphitriönides
Cauſa uirgo tui triſtia duraq;
Paſſi: multa tulerunt
Geſtis dum tribuunt opus:
Et deſyderiis eacides tui
Aiaxq; in ſtygias incolumis domos
Deſcendere tyranni
Exorabilis haud quidem
Formæ cauſa tuæ uirgoq; atarnai
Phœbeo miſerum lumine filium
Priuauit carmine certe
Quo ſemper celebrabitur
Ipſum mnemoſine progenitæ canens
Sacræ pierides laudibus & Iouem
Augent quæ quoque xenion
Cordis firmaq; præmia.

primã hũc orationé iudicialem pro ſe ipſo ſcripſiſſe: cũ huius crimĩs argueretur. Fauorinus ĩ oĩmoda hiſtoria auctor é

liber :

ac dixiſſe athenis pirum ſuper piro ficumq; ſup fico ſeneſce
re. Ait autē Apollodorus ī chronicis natū illum āno primo
nonageſimæ nonæ olympiadis: perrexiſſeq; ad Platonē ſep
timo decimo ætatis anno: annoſq; uiginti apud eum fuiſſe
cōmoratum. Tū uero ueniſſe mitylenem principe Eubulo
quarto anno centeſimæ octauæ Olympiadis. Verum Plato
ne primo anno functo uita ſub Theophilo profectum eſſe
ad Hermiā: māſiſſeq; annos tres: ſub Pythodoto autem ſe
cōtuliſſe ad Philippū ſecundo āno centeſimæ nonæ Olym
piadis Alexandro quintum decimum iā annum ætatis agē
te. Athenas uero conceſſiſſe ſecundo anno centeſimæ unde
cimæ Olympiadis: atq; in lycio tredecim annos docuiſſe: ac
demum perrexiſſe chalcidem tertio āno centeſimæ quartæ
decimæ Olympiadis: morboq; periſſe: cum eſſet annorum
ferme ſexaginta trium: quo etiā tempore Demoſthenes in
calabrys defunctus ſit ſub Philocle. Fertur autē ob Caliſthe
nis inſidias in Alexandrum infenſum fuiſſe regi: illūq; ad
eum coōtriſtandum Anaximenē extuliſſe: ac miſiſſe Xeno
crati dona: obiurgauit eum epigrāmate Theocritus chius:
ut ait Ambrion in libro de Theocriti uita: in hunc ſenſum.
Hermiæ eunuchi ſimul atq; eubuli ſerui Mauſoleū ſtruxit
uanus Ariſtoteles. Timon quoq; ſic illū agit. Neq; Ariſto-
teles uaniloquiis miſerādis hæc uita philoſophi fuit. Cæte
rum nos ipſius quoq; teſtamenta legimus in hunc ferme
modum bene quidem ac rite erit. Quod ſi quid contigerit:
ita legauit Ariſtoteles. Curatorē quidē omnium & per oīa
iuſſit eſſe Antipatrum. q̄ uero Nicanor adoleſcat: cura-
tores ac tutores inſtituit Ariſtomenē Timarchum Hippar
chum Cliotelem & Theophraſtum ſi uoluerit: ac ſi poſſibi
le fuerit: filiorum & Herpylidis rerumq; omnium. Cumq;
puella fuerit matura uiro tradi illā Nicanori. Sin uero pu-
ellæ quippiam contigerit: quod abſit: uitaq; prius q̄ connu
bio iungatur: ſiue etiā poſtq̄ nupſerit ante q̄ filios procreet
exceſſerit: Nicanor domīus eſto: ut & de puero & de cæteris

digne nobis ac ſe diſponat. Curet autē Nicanor & de puella & de puero Nicomacho: nihil ut illis deſit: p̄ris ac f̄ris una ī plens munus. Quod etſi Nicanori quidpiā cōtigerit: quod abſit: ſiue priuſq̄ puellā duxerit: ſiue poſtq̄ duxerit: nundū filiis natis: quæ quidē ille inſtituerit ea rata ſunto. Sin autē uoluerit & Theophraſtus puellæ curā hēat. Sin alias curatores habito cū Antipatro conſilio & de puella & de puero diſponant: ut eis uidebitur optimū. Curā autē habeant tutores & Nicanoris mei & Herpylidis memores: nanq; erga me ſtudioſa plurimū fuit cæterorūq; oīum: & ſi uirū accipe uoluerit curēt: ne īdigne nobis locetur. Deniq; illi præter ea quæ antea acceperat de nr̄a ſubſtātia talētū argēti treſq; ſi uoluerit famulas & ancillā quā hēt & pyreū puerū. At ſi quidē in chalcide hītare uoluerit: hoſpitiū quod penes ortū eſt: ſin autē ī ſtagiris paternā domū. Vtrū uero horum maluerit: ſtudeāt ꝓcuratores domū ita neceſſaria ſupellectile īſtruere: ut & ſibi honeſte & Herpylidi ſufficienter īſtructa uideatur. Curæ ſit autē Nicanori & Mirmecē puerū nō īdigne nobis ad ſuos referri cū eius q̄s cepimus facultatibus. Sit autē & Ambracida libera: cūq; puella uiro tradetur: quīgētas illi dragmas ancillāq; quā hēat dari iubeo. Sed & thalæ præter ancyllā quā hēt emptā dragmis mille: & ancillulā Simo quoq; abſq; priore pecunia in puerū aliū ſiue puerū emi ſiue pecuniā dari: Tachonē eſſe liberū cū puella nupſerit: Philonēq; & Olympiū eiuſq; filiolū. Porro eorū q̄ mihi famulātur puerorū nullū uenire uolo: ſed hæredes eis uti. Cū uero adulti erunt ꝓ merito dimitti liberos uolo. Curent itē ut cōſumētur quæ Grillioni ſūt traditæ exſculpēdæ imagines. Vbi uero pfectæ erūt: ſuis īponātur locis. Nicanoris quoq; ac ꝓxeni quā ſculpēdā cogitabā mr̄iſq; Nicanoris. Arimneſti uero quæ pfecta eſt ſuo ſtatuat loco: ut ſit ipſius monmētum: qa ſine liberis defunctus ē. Matris quoq; nr̄æ Cererē in nemea locet aut ubicunq; uidebitur. Vbi uero tumulū fecerit: ibi & Pythiadis ſublata oſſa cōdat: ſicut ipſa

liber

præcepit ſiſtat:& ſeruari nicanoris uotũ quod pro illo uouimus animalia lapidea cubitorũ quattuor Ioui ſeruatori ac Mineruæ ſeruatrici in ſtagiris. Hæc teſtamentorũ ipſius ſeries fuit. Fertur auté ollas plurimas repertas eſſe Lyconéq; dicere illum in pelui calentis olei lauari ſolitũ oleũq; uenũdare. Quidã utrem calentis olei ſtomacho illũ ĩponere conſueuiſſe tradunt:& cũ ſe ad quieſcendum cõponeret: æreã ſpæram tenere in manu patella ſubiecta eo conſilio: ut cũ dormientis manu excuſſa ſpæra in ſubditũ æreum uas incidiſſet ſono illius excitus exurgeret. Eius eſſe præclaras iſtas ſententias legimus. Interrogatus quidnã mendaces lucraréntur: ut cũ uera inquit dixerint: non illis credatur. Cum ſibi probro daretur: ꝙ neq̃ homini miſericorditer tuliſſet opé: non inquit mores miſeratus ſum: ſed hominem. Amicis ac diſcipulis iugiter iſta cõſueuerat dicere ubicũq; moraretur. Aſpectus quidé a continenti aere lumen accipit: aĩus autem a diſciplinis liberalibus. Sæpenumero cũ in athenienſes inueheretur aiebat illos frumenta & leges ĩueniſſe: uerum frumentis quidé uti: non auté legibus. Studiorũ liberaliũ amaras radices: fructus auté dulces eſſe aſſerebat. Rogatus qnã cito conſeneſceret: gratia inquit. Quid ſit ſpes uigilãtis: ait inſomniũ. Diogene ſibi caricam dante cogitans niſi accipet uſum eſſe meditatum ſumens diogené uſum ait cũ carica uſum perdidiſſe. Rurſus ab eo porrectã accipiens atq; puerili more in ſublime eleuans cũ dixiſſet magnus Diogenes eam illi reddidit. Tria dicebat pueris eſſe neceſſaria: ingenium: exercitationé: diſciplinã. Audierat aliquando ſe a quodã maledictis eſſe laceſſitũ: Tum ille abſenté inquit etiam uerberet. Dicebat pulchritudiné plus q̃ epiſtolas oẽs ualere ad cõmendationem. Pleriq; Diogené ita ſtatuiſſe aſſerunt: ipſum auté donũ formæ dixiſſe: Socraté uero modici tépoŕis tyrannidem: Platoné naturæ priuilegium: Theophraſtũ tacitã decePtioné: Theocritũ uero eburneum detrimentũ: Carneadé regnũ ſolitariũ. Rogatus quo differrent docti ab

indoctis:quo inquit uiuētes a mortuis.Eruditionē dicebat
inter proſpera eſſe ornamentū:inter aduerſa refugiū.Parē
tes qui liberos erudiēdos curaſſent longe honorabiliores eſ
ſe his qui ſolum genuiſſent:hos enī uiuendi tātū: illos etiā
bene beateq; uiuendi auctores eſſe.Glorianti cuidā ꝙ ma-
gnæ eſſet urbis ciuis: noli inqt hoc attendere:ſed an dignus
ſis magna & illuſtri patria īſpice.Rogatus quid ſit amicus:
una inquit anima in duobus corporibus hītans . Hominū
pleroſq; dicebat ita eſſe p̄cos ac ſi ſemp̄ uicturos : alios tam
prodigos ac ſi cōtinuo morituros . Percōtāti cur hōeſta for
ma præſtātibus diutius cōgredimur:cæci īqt huiuſce īterro
gatio eſt.Rogatus q̄d ex philoſophia lucratus fuiſſet:hoc ī
quit ut iniuſſus ea faciā:quæ pleriq; per legū metū operan
tur.Interrogatus quo pacto diſcipuli egregie ꝓficerēt.Si ex
cellentiores ait ꝓſequētes tardiores non attendant. Loqua
tur. Nãq; põticis iuuenibus ob Socratis gloriã aduenienti-
bus cõgreſſus eos ad Anytum abduxit dicens illũ moribus
ſapientiorẽ eſſe q̃ Socratem: qua ex re ĩdignatos circũſtãtes
efugaſſe illum. Sicubi uero ornatam offendiſſet mulierem
ad domum illius proficiſcebatur: iubebatq; uirum eius e-
quum proferre & arma ut ſiquidem hæc illi eſſent: deliciis
uacarẽ ſineret: his enĩ ulciſci: ſin alias cultum illũ amoueret.

Sextus

Quæ autẽ illi placuere iſta ſũt. Docibilẽ eſſe uirtutẽ. Eoſdẽ eſſe nobiles ac uirtutis ſtudioſos. Sufficere uirtutẽ ad beatã uitã nullo indigentẽ niſi ſocraticis uiribus. Virtutẽ quoq; operũ eſſe neq; uerbis pluris neq; diſciplis ĩdigentẽ: ſapientẽq; ſibi ipſi ſufficere. Sua qppe eſſe quæ aliorũ ſunt oĩa. Gloriæ priuationẽ bonũ eſſe labori ſimile. Sapientẽ non ſecũdũ cõſtitutas leges uicturũ: ſed iuxta uirtutis normã: ducturũq; uxorẽ ꝓcreandorũ liberorũ cã: formoſiſſimiſq; cõgreſſurum mulieribus atq; amaturũ. Solum qppe ſcire ſapientẽ quænã ſit amanda. Inſcribit illi Diocles & iſta. Sapi pienti enĩ peregrinũ aut nouũ nihil: neq; indignus eſt qui ametur uir bonus. Studioſi amici ſũt facere q aĩoſi una & iuſti ſũt. Virtutẽ arma eſſe quæ tolli nõ poſſint. Preſtat cũ paucis bonis aduerſus malos oẽs: q̃ cũ multis malis aduerſus paucos pugnare. Solicite obſeruare inimicos: primi enĩ peccata ſentiũt. Iuſtũ uirũ pluris faciendũ q̃ ꝓpinquũ. Viri ac mulieris uirtus eadẽ. Bona pulchra: mala eſſe turpia. Iniqua oĩa aliena puta atq; pegrina. Murũ tutiſſimũ prudentiã eſſe: neq; enĩ decidere neq; prodi. Mœnia ſtruẽda in noſtris ĩuiolabilibus cogitationibus. Differebat autẽ ĩ gymnaſio ꝙ cynoſarges appellatur nõ longe a ianuis. Vnde quidã cynicã ſectã appellatã uolunt: ipſeq; cognoĩabatur Haplocyon: ac primus pallium ut ait Diocles duplicauit: ipſoq; ſolo utebatur: baculũq; ſumpſit ac perã. Primus autẽ & Neanthes tradit ſimplicis quoq; pallii uſũ habuiſſe. Porro Soſicrates in ſucceſſionũ tertio Diodorũ aſpendium & barbã dimiſiſſe: & baculo & pera uſum eſſe ait. Hũc ſolum ex oĩbus ſocraticis Theopõpus laudat dicẽs fuiſſe acutiſſimũ & ex ſuauitate colloquii quẽlibet cape ac traducere quo uellet. Liquet id aũt ex libris ſuis: atq; ex illo Xenophõtis ſympoſio: uideturq; & uirilis ſectæ ſtoicæ prĩceps fuiſſe. Quocirca & Athenæus poeta epigrãmatũ ſic de illis ait. O ſtoicarũ rerum piti: o qui præclara dogmata ſacris paginis ĩpoſuiſtis uirtutẽ unicum animæ bonum. Hæc enĩ ſola uirorum

& uitã liberauit & urbes.Carnis autẽ amicã uoluptatẽ finẽ uiris aliis una memoriæ pegit eiliarum:Hic & Diogeni trãqllitatis:& Crati cõtinentiæ:& Zenoni tollerãtiæ dux & auctor fuit ipſe qui ciuitati fundamenta ſubiecit:Enĩuero Xenophon ſuauiſſimũ in colloquio fuiſſe ait:atq; ĩ rebus aliis cõtinentiſſimũ.Feruntur & ipſius ſcripta tomi decẽ.Primus in quo de dictione ſiue de figuris.Aiax ſiue aiacis oratio.Vlyxes ſiue de ulyxe.Oreſtis defenſio.de cauſidicis·Iſographe ſiue deſias ſiue Iſocrates.Aduerſus Iſocratis αμάρτυρον.In ſecũdo tomo de aĩaliũ natura.de procrãtiõe filiorũ:ſiue de nuptiis:ſiue amatorius.de ſophiſtis φυσιογνωμονικοσ.Exhortatorius primus:ſecũdus:tertius.de Theognide.v.Tomus tertius.In quo de bono.de iuſtitia. de fortitudine.de lege:ſiue de repu.de lege:ſiue honeſto & iuſto. de libertate & ſeruitute.de fide & curatore. de ĩterrogatiõe. de uictoria.œconomicus.In quarto tomo Cyrus. Hercules maior:ſiue de fortitudĩe. In quĩto tomo Cyrus:ſiue de regno aſpaſia.In ſexto tomo ueritas. de diſſerendo αντιλογικοσ. Sathon de contradictõe .iii. de locutiõe. In ſeptĩo tomo de diſciplina:ſiue de nõibus.v.de moriẽdo.de uita & morte.de his quæ ſunt apud ĩferos.de uſu nominum:ſiue cõtẽtioſus.de ĩterrogatõe & reſpũſione. de opinione & ſciẽtia quattuor.de natura duo.Interrogatio de natura duo.Opiniones:ſiue cõtentioſus.de adiſcẽdo ꝓbleumata.In octauo tomo de muſica.de expoſitoribus.de Homero:de ĩiuſtitia & impietate.de Calchante.de exploratore. de uoluptate In nono tomo de odyſſea.de uirga Mineruæ: ſiue de Telemacho.de Helena & Penelope. de Proteo: cyclops: ſiue de Vlyxe.de uini uſu:ſiue de ebrietate:ſiue de cyclope.de Circe.de Amphiarao.de Vlixe & Penolope.de cane.In decimo tomo Hercules:ſiue Midas.Hercules:ſiue de prudentia: ſiue de fortitudine.Dominus:ſiue amans.Dominus:ſiue exploratores.Menexenus ſiue de imperio.Alcybiades.Archelaus:ſiue de regno.Atq; iſta qdem ſcripſit.Timon autẽ ob

multitudiné eorum quæ ſcripſit increpans illũ ĩgenioſum nugatoré eũ dixit. Obiit morbo quo tépore Diogenes ĩgreſ ſus ad illum dixit. Num amico opus eſt? Aliquando ité ĩtra uerat ſiccã habens ad qué ille cũ diceret: quis me doloribus abſoluet? Ille oſtenſa ſicca hæc inquit: & ille: doloribus dixi non uita: uidebatur enim ferme mollius præferre morbum præ amore uitæ.

Eſt tibi uita canis mordaci natus in ore:
  Non tamen ut rabido pectora dente petas.
Phthiſicus extinctus: forſan quis dicere poſſet:
  Conuenit ad ſtygium flumen habere ducé.

Fuerunt auté & alii Antiſthenes tres. Vnus de ſchola Hera cliti. Alius epheſius. Tertius rhodius qdã hiſtoricus. Quoniã uero eos qui ab Ariſtippo fluxere ac phædone tranſegimus: age nunc illos qui ab Antiſthene uenerunt: cynicos ac ſtoicos hoc ordine adiiciamus.

Diogenes:

d Iogenes Iceſii mẽſarii filius ſynopeus fuit: fugiſſe illũ cũ pater eius publice mẽſã haberet ac falſo pecuniã ſignaret. Diocles auctor ẽ. Porro Eubulides in libro de Diogene diogenẽ ipſum hoc feciſſe ait: atq; cum patre una pulſum fuiſſe. Ipſe quoq; ĩ pordalo de ſe ipſo ait falſo ſignare monetã. Quidã uero eũ cũ curator effectus eſ ſet pſuaſũ ab opificibus aiũt ueniſſe delphos atq; delũ ĩ patriã Apollĩs: pcõtatũq; eſſe an id ageret quod ei ſuaderetur quod cũ ſibi pmiſſũ eẽt de ciuili moneta æs adulteraſſe: deprehẽſũq; ut qdã uolunt: exilio dãnatũ eſſe: ut auté alii putant: metu pterritũ ſpõte patriã liqſſe. Sunt q dicant illũ a pr̃e acceptã pecuniã adulteraſſe: atq; illũ quidé ĩ carcere dié obiſſe: hũc auté efugiſſe: pfectumq; delphos ſiſcitatũ eſſe nõ utrũ pecuniã ſalſo ſignaret: uerũ qd faciens clariſſimus futurus eſſet: atq; ita hoc oraculũ cepiſſe. Cũ uero athenas

cõceſſiſſet:conuenit Antiſtenẽ. Eũ ille cũ repelleret:quippe ex cõſtituto ſuo neminẽ recipiebat:uicit pſeuerantia ſua. Illo ſiquidẽ aliquando intẽtãte baculũ:ſubiecto capite: cæde inqt. Non enĩ ita durũ baculũ reperies:q me abs te q̃diu aliqd dixeris arcere poſſit. Hĩc iã auditor illius factus ẽ ac ueluti ꝓfugus ex patria ſe ad uictũ ſimplicẽ cõtulit: cõſpecto ut Theophraſtus ait in megarico mure diſcurrẽte qui neq; cubilũ inquireret:neq; tenebras reuerteretur: neq; aliqd eorũ quæ ad ueſcendũ idonea uiderentur appeteret: unde & caſus ſuos cõſolatus eſt. Palliũ ut quidã uolũt:primus duplicem ĩ uſu habuit:ob neceſſariũ uſum utq; illo ſe dormiens obuolueret:perãq; tulit in qua & cibos ferebat: oĩq; ad oĩa utebatur loco & prandens & dormiẽs & loquens. Quo circa & athenienſes aiebat Iouis porticũ oſtendẽs ſibi cõdidiſſe hĩtaculũ. Ac baculo quidẽ primum ĩnitebatur: cũ ĩfirmus eſſet:deĩceps autẽ eũ ſẽper ferebat:non quidẽ in urbe: ſed iter agens:ipſumq; ac perã ut refert Athenodorus athenienſium princeps & Polyeuctus rhetor & Lyſanias æſchrionis filius. Cum autẽ ad quendã ſcripſiſſet ut ſibi paret cellulã:& ille tardius id exequeretur:doliũ quod i metroo erat ꝓ domo habuit:ſicut & ipſe in epiſtolis ſcribit: atq; æſtate quidẽ ſeſe ĩ feruida arena uolutabat:hieme uero ſtatuas niue perfuſas cõplectebatur:oĩ ex pte ſeipſũ ad laborũ tolerãtiam exercens. Acer item erat in deſpiciendis aliis. Vnde & Euclidis ſcholam alludens ad nomen cholen ideſt bilem appellabat:& Platonis auditorium conſũptionem:& Dioniſiaca certamina magna miracula ſtultorũ dicebat:oratoreſq; turbæ miniſtros. Dicebat autẽ cum intueretur ĩ uita gubernatores medicos atq; philoſophos: aĩalium omniũ ſapientiſſimum hominẽ eſſe. Cum autẽ inſpiceret ſomniorũ ĩterpretes coniectores uates uel huiuſmodi cæteros:uel qui gloriæ aut diuitiis addicti eſſent:tunc demũ nihil ſe ĩanius exiſtimare homine aiebat:arbitrari ſe in uita ſæpius pandum uerbum q̃ laqueum. Intuitus aliquãdo Platonẽ in cõuiuio

Sextus

magnifico guſtanté oleas: quid inquit ſapiens uir in ſiciliã huiuſmodi menſarum gratia profectus appoſitis modo nõ frueris. Et ille at Hercules inquit Diogenes & illic oleis & reliquis eiuſmodi pluribus ueſcebar. Et ille qd inquit ſyracuſas nauigare oportebat: at nunc attica oleas non ꝑferebat. Fauorinus in omnimoda hiſtoria Ariſtippũ hoc dixiſſe tradit: aliaſq; caricas comedens obuiauit illi dixitq; : licet tibi deguſtare: qui cũ acceptas ediſſet: deguſtare dixi : nõ deuorare. Calcans ipſius aliquando ſtratũ præſentibus Dionyſii amicis quos ille inuitarat dixit. Calco Platonis inane ſtudium: ad quẽ Plato: quãto ĩquit o Diogenes faſtu tumes: dũ ſuperbiã te calcare putas. Alii Diogenẽ hoc dixiſſe ferunt. Calco Platonis faſtũ: illũq; reſpondiſſe: at faſtu alio Diogenes. Porro Sotion in quarto refert hoc illi dixiſſe Platonem cynicum. Vinũ aliquando poſtularat ab eo Diogenes atq; caricas. At ille lagenã integram miſit. Ad quẽ diogenes ĩqt: ſiquidẽ rogatus fueris duo & duo quot ſunt: reſpõdes uigĩti: ita neq; ſecundũ ea quæ poſceris das: neq; ad quæ rogariſ reſpõdes: obiurgabat autẽ illum ut uerboſũ. Interrogatus ubinã græciæ uiros uidiſſet bonos: uiros quidẽ ait nuſquã: ſed lacedæmone pueros uidi. Cũ ſerio quãdoq; loqueretur: nemoq; ſibi intenderet. ſeſe ad ſonũ muſicũ contulit. Congregatis autẽ ad ſe pluriſ exprobrauit ut q ad inepta ſtudio ſe concurrerent: ad ea uero quæ grauia eſſent & utilia negligenter conuenirent. Dicebatq; de fodiendo & calcitrãdo certare hoĩes: ut autẽ boni & probi fierent curare neminé. Grãmaticos admirabatur ꝙ cũ Vlyxis mala reqrerent: ſua ignorarent. Muſicos itidem in ius uocabat: ꝙ cũ lyræ cordas cõgrue aptarent: animi mores inconcinos haberẽt. Sed & mathematicos carpebat: ꝙ ſolem & lunã & ſydera ĩtuentes : q̃ ante pedes eſſent negocia negligerent. Oratores etiã agebat ꝙ ſtuderent iuſta dicere: non autẽ & facere. Cupidos quoq; ꝙ pecuniam uituparent: ac ſũme diligerent. Reprehẽdebat eos q iuſtos ꝙ pecunias cõtẽnerent laudabant : pecunioſos

liber.

auté imitari ſatagebant. Stomachabatur eis q ꝓ bona uali
tudine ſacra facerent: ĩter ſacrificia contra ſanitaté cœnarét
Seruos admirabatur q cũ edaces hoĩes cernerét: nihil diripe
rent ciborũ. Laudabat q uxores ducturi fuiſſent & nõ duce
rent: & q nauigaturi non nauigarent: quiq; acceſſuri ad ré
pu. minime accederent: & q pueros hĩturi in deliciis ſe con
tinerent: & qui ſe cõponerent ad cõuiuendũ regibus: neque
tamen accederent. Dicebat manus ad amicos nõ cõplicatis
digitis extendi oportere. Refert Hermippus ĩ uenditiõe Di
ogenis: ꝙ captus ac uenditus: cum rogaretur quid ſciret age
re reſpõderit: ſcire ſe uiris ĩperare: atq; ad præconé prædica
inquit quiſnã ſibi dominũ emere uult. Sedere ꝓhibitus ni
hil ĩqt refert: nã & piſces quomõ libet iaceant emi. Mirari
dicebat cũ ollã quidé ac opculum non ſine tactu ac tinnitu
emamus: ſolo in hoĩe emendo aſpectu contenti ſumus. Di
cebat Xeniadæ éptori ſuo: ipſũ ſibi quãuis eſſet ſeruus ob-
tépare oportere. Nã & medicus & gubernator ſi ſeruus ſit:
utiq; ſibi paretur. Euſebulus uero ĩ libro qui ĩſcribitur Dio
genis uenditio ita filios Xeniadœ ĩſtituiſſe ait poſt diſcipli
nas reliquas equitare: arcus intendere: fundas rotare atque
iaculari. Deinde in paleſtra nõ ꝑmittebat pedrotiue eos in
moré athletarum exercere: ſed id roboris tantũ & bonæ ua-
litudinis gratia. Tenebãt uero pueri poetarum ac ſcriptorũ
aliorũ ipſiuſq; Diogenis plura méoriter: oémq; illis doctri
næ rationé ut facile memoria teneretur: breuiter collectam
inſinuabat. Domi quoq; miniſtrare docebat cibo leui ac ui
li cõtentos & aqua: Tonderi ad cuté faciebat: incõpoſitoſq;
deducebat ac ſine tunicis & calceis tacitos ac ſe tantũ in uia
ĩtuentes. Educabatq; eos & ad uenationes. Econtra illi Dio
genis curã habebant: parentibuſq; cõmendabant. Senuiſſe
ipſum apud Xeniadé idé ipſe auctor eſt: ac uita functũ a fi
liis eius fuiſſe ſepultũ. Vbi ꝑcontante Xeniade quomõ ſe
ſepeliri mallet: in faciem ĩquit. Illo cauſã ĩterrogante: quo-
niã ĩquit poſt modicũ ĩferiora cõuertenda ſunt. Dixit auté

hoc:quia macedones iã obtinerent:atq; ex humilibus ſubli mes fierent. Cũ ſe qſpiã in domũ magnifico ĩſtructã appa tu induxiſſet:& ſpuere uetaret:poſteaq̃ excreauit ĩ illius faciẽ ſputa cõiecit:deteriorẽ locũ ubi ſpueret ſe non inueniſſe dicens:alii Ariſtippo id applicant. Cũ clamaſſet aliquando heus hoĩes:cõueniſſentq; plurimi:uirga illos agebat dicẽs: homines non purgamẽta uocaui. Ait hoc hecato in primo de uſu. Alexandrũ dixiſſe ferunt:ꝙ niſi alexander eſſet: Diogenẽ ſe eſſe uoluiſſet. Debiles dicebat nõ ſurdos aut cæcos ſed ĩperitos uel qui perã non hẽrent. Ingreſſus aliquãdo ſe mitonſo capite cõuiuiũ iuuenum plagas retulit. Poſtea nomina illorum qui ſe ceciderant inſcribens circuibat ea præſeferens. Ita illis uicẽ cõtumeliæ reddidit:dũ reprehendendos & obiurgandos oĩbus expoſuit. Dicebat ſe canẽ eſſe laudabilium:ſed laudatorũ neminẽ ſecũ ad uenãdũ exire præſumere. Dicente quodã uiros ſe in pythia uincere:uiros eq dẽ inquit:ſed tu mancipia. Cũ diceretur ſibi ſenex es: iã qeſce a labore. quid enĩ ait ſi in ſtadio currerẽ: ad finẽ oporteret curſũ remittere:& nõ magis intendere. Vocatus ad cœnã affuturũ ſe negauit:neq; enĩ ſibi priore die gratiã decreuiſſe. Nudis pedibus calcabat niuem: & alia quæ prædicta ſunr:crudas itẽ carnes edere conatus eſt:ſed in eo nõ pſtitit Offendit aliquãdo Demoſthenẽ oratorẽ in diuerſorio prãdentẽ. Illo autẽ cedẽte:tanto inquit magis in diuerſorio futurus es. Peregrĩs aliquãdo Demoſthenẽ uidere cupiẽtibus mediũ intẽdens digitũ: hic ait uobis eſt atheniẽſiũ orator. Panẽ eiiciente quodã & reſumere erubeſcente : corripe illũ uolens:urcei collũ p figuli trahebat officinã. Imitari ſe dicebat chori magiſtros. Illos enĩ tonum excedere:ut reliq congruum tonum arripent. Plurimos aiebat inſanire præter digitũ. Si quis igitur mediũ digitum ꝓtendens pgat:inſanire uidebitur:ſin autẽ indicem non ita. Quæ ſũt precioſiſſima ea minĩo uenire & ecõtra. Deniq; ſtatuã tribus milibus emi farinæ uero choenicẽ duobus æreis. Ei q̃ ſe emerat Xeniadæ

dixit: Age ut quod præcepitur facias: dicente illo ſuꝑ flumi
na ꝑgunt fontes: At ſi medicū ait æger emiſſes: nō illi obtē-
paſſes: ſed diceres ſuꝑ flumina ꝑmeant fontes. Volebat qſ
piā apud ſe philoſophari: cui ille ꝑnā dedit: ac ſequi ſe iuſ-
ſit. Vt autē ille præ uerecundia abiecto quod ferebat abſceſ
ſit: poſt aliquantulū tēporis occurens illi ridens ait. Tuā &
meā amiciciā ꝑna diſſoluit. Enīuero Diocles eam rē ita de-
ſcribit. Dixerat illi quidā iube nobis Diogenes. At ille ei ab
ducto caſei fruſtum ferendū dedit: illo renuente: meā īquit
ac tuam amiciciam modicū caſei rupit. Intuitus aliquando
puerum concaua bibentē manu: cotylam pera ꝓductā abie
cit dicens: puer me uilitate ſuꝑauit: proiecit & catinū eodē
ſtudio cū uidiſſet puerum uaſculo ꝑfracto cōcauo pane lē-
ticulā ſuſcipientē. Ratiocinabatur autē in hunc modū. Oīa
deorū ſunt: diis autē amici ſapiētes ſunt. Sunt autem ami-
corum cuncta cōmunia: omnia igitur ſapientum ſunt. In-
ſpexerat mulierē inhoneſtius diis procidentem. Eius igitur
ſuꝑſtitionē auferre uolens: ut Zoilus pergæus ait: accurit
dicens. Nō uereris mulier ne forte ſtante poſt tergū deo: cū
cta enim plena ipſo ſunt: inhoneſte te habeas. Aſclepio ꝑ-
cuſſorē ſacrauit qui procumbentes in faciem accurens cōte
reret. Solebat enim dicere imprecationes tragicas ſibi occur
riſſe: eſſe enī ſine domo ſine ciuitate priuatum patria pau
perem palantem uitam in dies habentem. Aiebat ſe obiicer̄
fortunæ quidem confidentiam: naturam legi: ꝑturbationi
rationē. Ad ſolem ſedenti ſibi aſſiſtens Alexander ait: pete
a me quod uis: at ille noli inꝗt mihi umbrā facere. Legerat
quidē diutiſſime: cūq; ad finem libri nihil ultra ſcriptum
eſſe oſtenderet: bono inquit eſte aīo uiri terram ītueor. Ra
tiocinanti cuidam & concludenti illum habere cornua ma-
nu frontem palpans: equidem īquit illa non uideo. Simili
ter & dicente ſibi quodam non eſſe motum: exurgēs ambu
labat. Ad eum ꝗ de cæleſtibus diſſerebat: quando īquit de
cælo ueniſti? Spadone quodā ſtolido domui ſuæ īſcribente

Sextus

nihil ingrediatur malũ:dominus ait domus ubinã ingredi etur? Vnguento inungens pedes dixit:a capite quidẽ ĩ aerẽ aſcendere unguentũ:ſed a pedibus in olfatũ ire. Rogãtibus athenienſibus ut iniciaretur:atq; dicentibus num apud ĩfe ros hi q iniciati ſunt:præſident? perridiculũ eſt inquit ſiq/dem Ageſilaus & Epaminondas in cæno degent: uiles autẽ quiq; iniciati in beatorũ inſulis erunt. Muribus ad ipſius menſã ſubrepentibus:ecce inquit & Diogenes paſitos nu/trit. Platone canẽ ipſũ appellãte:ſane inquit:nã eqdẽ ad uẽ ditores remeaui. E balneis exiens pcõtanti an multi homĩes lauarent negauit:adiicienti num turba multa cõfeſſus eſt. Platone ita diffiniente:hõ eſt aĩal bipes ſine pẽnis cũ place/ret iſta eius diffinitio:nudatũ pẽnis ac pluma gallum galli nacium in eius inuexit ſcholã dicens:hic Platonis homo ẽ: unde adiectum eſt diffinitioni latis unguibus. Interroganti quanã hora prandere oporteret:ſi diues inquit eſt quando uult:ſi pauper cum poteſt. Apud megarenſes ĩtuitus oues pellibus tectas:illorum autẽ filios nudos ait: præſtat maga renſis arietẽ eſſe q̃ filiũ. Ad eũ q ſe trabe cõcuſſerat: ac poſt modũ dicebat caue:num inquit iterũ me ferire uis? Aiebat oratores quidẽ plebis mĩſtros:coronas autẽ gloriæ bullas. Lucernam interdiu accendens:hominẽ aiebat quæro. Sta/bat aliquando manantibus perfuſus undis:his uero qui cir cunſtabant illũ miſerantibus:Plato nã & is aderat: ſi uul/tis inquit illũ miſerari abite gloriæ illius cupiditatẽ inſinu/ans. Colaphum a quopiam accipiẽs hercules inquit cuiuſ/modi me latebat res ꝙ operto pergerẽ capite. Midia quoq; ipſum colaphis agente ac dicente tria milia tibi in mẽſa po ſita ſunt:poſtridie ſũpto pugilũ cæſtu cæſoq; illi dixit tria milia tibi in menſa ſunt poſita. Lyſia pharmacopola ſciſci tante an deos eſſe crederet:quomndo inquit nõ credo qui te diis inimicum puto. Alii Theodorum hoc dixiſſe ferũt. Quendã intuitus ſe undis reſpergentem ait. O infœlix an ignoras quoniam ut grãmatice peccatis:ita reſpgens minĩe

hoĩs diffinitio ſ platonẽ

Liber

eriperis: ita nec uitæ crimībus euades liber. Culpabat maxīe ſi qui fortunā cauſarentur: dicens homines quæ ſibi bona uiderentur: non quæ re uera bona eſſent poſtulare: eis uero qui ſequerentur ſōnia dicebat: ea quidē quæ agitis ni ī ſomnis quidē ut corrigatis cogitare uultis: quæ uero dormiētes cernitis ea curioſe diſquiritis. In olympia buccinante præcone: Dioxippus uiros uincit: hic ait mancipia: ſed ego uiros. Amabatur autē & ab athenienſibus. Deniq; adoleſcenti cū doliū illius cōtriuiſſet: plagas intulerunt illiq; aliud dederunt. Refert Dionyſius ſtoicus illū poſt chæroniā deprehēſum abductum eſſe ad Philippum a quo quid eſſet interrogatus: explorator inquit inſatiabilis auiditatis tuæ: ex quo admiratiōi hītus liber dimiſſus eſt. Miſerat aliquando Alexander epiſtolā athenas ad Antipatrū per athliā quendam aderat Diogenes atq; ad uocabulū alludēs: quippe athlios infœlix dicitur. Athlias inquit per athium ad athlium. ꝑdica cōminante niſi ad ſe ꝑgeret illū ſe occiſurū: nihil inquit magnū facies. Nā & cantharus & phalangiū id facerent. Illud ut potius intentaret monebat: qđ ſi & abſq; ſe uiueret: fœliciter uicturus eēt. clamabat autē ſæpius dicēs hominū uitā facilē a diis dari: uerū occultari illā quærentibus mulſū unguēta & his ſimilia. Vnde & ei qui a famulo calciabatur nōdū ait beatus es: niſi te etiā abſtergat. hoc autē erit ſi mācus fueris. Cū uidiſſet aliquando magiſtratus q hieromnemones dicebantur: quendā ex ærario phialā furatū adducētes: magni inquit fures paruū ducunt. Intuens aliquando adoleſcentē lapides in crucē iacientē: euge inquit: ſcopo enī potieris. Circunſtantibus ſe adoleſcentibus atq; dicentibus cauebimus ne mordeas nos: bono inquit eſtote aīo filioli: canis betas minime manducat. Gloriāti cuidā ꝙ leonis pelle tergeretur: deſine inquit uirtutis ſtramenta confundere. Beatus dicebatur Caliſthenes ꝙ magnificis ab Alexādro apparatibus exciperetur. At ille infœlix īqt eſt q tū prandet ac cœnat cum Alexandro uidetur. Cum pecuniis egeret eas ſe ab

amicis repetere nõ petere dicebat. Quandoq; in foro mani bus operans utinã aiebat liceret ſic pfricato uentre nõ exuri re. Adoleſcentẽ intuitus cũ ſatrapis ad cœnã abeuntẽ: abdu ctũ ad ſuos ĩuocauit: obſeruariq; iuſſit. Cõpoſito aduleſcẽ ti quidpiã roganti nõ antea ſe dixit reſpõſurũ q̃ apte explo raret uir ne eſſet an mulier. Plaudenti laſciuius in balneo a- duleſcenti: quanto ĩquit melius: tanto deterius. Inter cœnã dũ oſſa illi quidã ut cani iactabant: at ille propius accedens iuxta illos mingebat ut canis. Oratores atq; oẽs in dicendo gloriã quærentes ter hoĩes pro eo quod eſt ter infœlices ap pellabat. Diuitẽ indoctũ ouẽ aureo uellere dicebat. Cum ui diſſet luxurioſi cuiuſpiã domui inſcriptũ uenalis: ſciebã in quit qa uini crapula obſeſſa facile dominũ euomeres. Cau ſanti aduleſcenti pturbantiũ ſe multitudinẽ: deſiſte inquit & tu pturbationis indicia pferre. Ingreſſus ſordidũ balneũ qui hic ſe lauant ait ubi lauantur. Cũ rudẽ pinguẽq; citha- rœdum oẽs cauſarentur: ſolus ipſe laudabat. Rogatus quã obrẽ: ait qꝑ talis cũ ſit cithara ſe non latrociniis exerceret. Ci tharœdũ qui ſemp ab auditoribus deſerẽbatur ita ſalutabat Salue galle: illo autẽ dicente cur ita: quia inquit canens oẽs excitas. Cum aduleſcentẽ plurimi inſpicerent: ille ſinũ lupi nis cõplens ſe incuruabat: multitudine ĩ eũ conuerſa mira- ri ſe dixit quomodo illo dimiſſo ſe intuerentur. Dicẽte ſibi quodã ualde ſupſtitioſo uno ictu caput tibi pfringã: at ego inquit a ſiniſtris adſtans te tremere faciã. Hegeſia ſe depre cante ut ſibi librorum aliquid exponeret: uanus ĩquit es he geſia: qui caricas quidẽ nõ ſcriptas eligis: ſed ueras: uera au tem exercitatiõe neglecta te ad ſcriptã cõfers. Ei qui ſibi exi liũ exprobrabat: at huius inquit miſer cã philoſophatus ſũ Alio rurſus dicente ſinopei te exilii arguunt: & ego illos in- quit morae. Intuitus aliquando olympionicẽ oues paſcentẽ q̃ cito inquit ab olympiis ad nemea te cõtuliſti. Rogatus cu ius rei grã athletæ inſenſibiles ſunt: quia ĩquit ſuillis ac bu bulis carnibus inſtructi ſunt. Petebat aliquando ſtatuam

rogatus cur hoc faceret: ut me inquit potiri non aſſuefaciã:
Cum poſtularet quépiam: quippe & hoc primũ agebat ꝓp
ter ĩopiam: dicebat ſiquidẽ & alii dediſti & mihi da: ſi uero
nemini a me incipe. Interrogatus aliquando a tyrãno cuiuſ
modi ære præſtaret ſtatuã ſculpere: quo ĩquit Harmodius
& Ariſtogitõ fuſi ſunt. Rogatus quomodo Dionyſius ami
cis uteretur: ut uaſculis ait: dũ plena euacuat: & abiicit ua-
cua. Inſcripſerat quidã domui ſuæ uxore nuꝑ ducta. Iouis
filius Callinicus hercules hic habitat: nihil ingrediatur ma
li: inſcripſit ipſe: poſt bellũ ſocietas. Cupiditatẽ arcẽ oĩum
malorum dixit. Luxurioſum intuitus oleas in diuerſorio e-
dentẽ: ſi ſic pranſiſſes ait: non ita cœnares. Bonos uiros effi
gies deorum eſſe: amorem uacantium occupatiõem. Roga
tus quidnam eſſet in uita miſerum: ſenex ait egẽs. Quænã
pernicioſiſſime morderet bellua: ex feris inquit obtrectator
ex mitioribus autem adulator. Intuitus aliquãdo cẽtauros
duos peſſime pictos ait: quis horum deterior eſt? Sermonẽ
ad gratiam inſtructũ melleum eſſe laqueum dixit. Ventrẽ
uitæ carybdim appellabat. Audiens Didymonem mœchũ
fuiſſe cõprehenſum: dignus eſt ĩquit ex ipſo nomine ſuſpẽ
di. Rogatus cur pallens eſſet aurũ. quia multos habet inſi-
diatores. Mulierem in lectica intuens non ſecundũ feram
ait eſſe caueam. Fugitiuum ſeruũ ad puteum ſedentem ui-
dens caue ĩquit adoleſcens ne incidas. Cernens ueſtimento
rum furem in balneis: num inquit ad unguentum: an uero
ad aliud ueſtimentum. Cũ uidiſſet aliquando mulieres ex
oliuæ arbore pendere ſuffocatas: utinã inquit arbores cæte-
ræ fructum huiuſmodi tuliſſent. Intuitus ſepulchrorũ uio
latorẽ: quid hic ait tibi uis optime: aut quem prædari paras
defunctorum uirorũ. Rogatus num ſeruulũ aut ancillã ha
beret: negauit. dicenti ſi ergo mortem obieris: quiſnam te
ad ſepulchrum efferet? qui domo inquit indiget. Cum a-
nimaduerteret formoſum adoleſcentem paſſim & ſine cu
ſtodia obdormientem manu pulſans excitauit dicens: μὴ-

τισ σοι εὐδοντι μεταφρένω ενδόρυ πήξη. Ne quis tibi qe
ſcenti pilũ ĩ renibus figat. Ad eum qui precioſa parabat ob
ſonia: cito inquit morieris fili. Platone de ideis diſſerẽte &
nominante menſalitatẽ & cyathitatẽ: Equidẽ inquit o Pla/
to menſam & cyathũ uideo: menſalitatẽ uero cyathitatẽq;
non uideo. Et ille recte inquit: quibus enĩ cyathus menſaq;
conſpicitur oculos habes: quo autẽ menſalitas & cyathitas
ĩtelligitur animũ non habes. Interroganti cuidã qualis ſibi
uideretur Socrates: furens reſpondit. Rogatus a quodam
qno tẽpore ducenda ſit uxor: iuuenibus inquit nondũ: ſe/
nibus uero nunquã. Interrogatus quidnã uellet ut colaphũ
acciperet: galeam inquit. Aduleſcentem intuens ſe cõponẽ
tem ſiquidem inquit ad uiros fruſtra: ſin autem ad mulie/
res nequiter. Videns aduleſcentulum rubore pfuſum: con/
fide ait fili: huiuſmodi eſt uirtutis color. Cum duos aliquã
do audiſſet legis pitos: ambos dãnauit dicens: alterũ quidẽ
furatũ eſſe: alterum uero non piſſe. Rogatus cuiuſmodi ui
num libentius biberet: alienũ inquit. Dicente ſibi quodam
plures te irrident: at ego inquit non irrideor. Dicenti malũ
eſſe uiuere: non inquit uiuere malũ eſt: ſed male uiuere. Cõ
ſulentibus ut fugitiuum requireret ſeruũ. ridiculũ inquit
eſt ſi manes abſq; Diogene uiuat: Diogenes abſq; mane nõ
poſſit. Prandebat oleas: inuectam uero inter prandendum
placentã piecit dicens: o hoſpes hinc cito pficiſcere. Roga/
tus qualis eſſet canis: eſuriens ĩquit blandus: ſatiatus uero
moloſſicus. Hos pmulti laudant: neq; tamen ob laborem
audent cũ eis una ad uenationẽ egredi: ita ne mihi quidem
ob dolorũ metũ cõgredi atq; una uiuere. Rogatus an ſapiẽ
tes placẽtis uefcerentur: oĩbus inquit ſicut & hoĩes cæteri.
Interrogatus cur mendicis ĩpẽderent: nõ autẽ philoſophis:
qa claudi inquit ac cæci fieri potius q̃ philoſophos euadere
ſperant. Poſcebat quiddã a cupido: tardante illo: ad cibum
ĩquit hõ te poſtulo: non ad ſepulchrũ. Exprobrantem ſibi
cur aliquando falſo pecuniã ſignaſſet: tẽpus inquit fuit cũ

liber

talis erã qualis tu mõ:qualis autẽ ego modo ſum nunq̃ tu eris. Alteri ſibi idẽ exprobranti:nãq; inquit emingebã tum celerius:ſed modo non. Myndum profectus cũ uideret magnificas portas & urbẽ modicã : uiri ĩqt myndi portas claudite ne urbs ueſtra egrediatur. Cũ uidiſſet aliquãdo hominẽ in purpuræ furto deprehenſum. Accepit te ĩquit purpureus obitus fataq; maligna. Cratero deprecãte ad ſe illũ proficiſci:at malo inquit ſal athenis lingere:q̃ penes te frui magnifice inſtructa menſa. Anaximenẽ conueniens pingui aq̃liculo rhetorẽ:imptire inquit & nobis pauperibus uẽtrem: quippe & ipſe leuigaberis:& nobis emolumẽto eris. Diſſerente illo aliquãdo pnam prætendens auditores in ſe cõuertit. Indignante illo:diſputationẽ inquit Anaximenis oboli precium diſſoluit. Cum ſibi probro daretur ꝙ in foro manducaret:ĩ foro enĩ ait eſurio. Quidã & illud huius eſſe aiũt: ꝙ intuitus illum Plato lauantẽ olera: accedens ſilẽter illi dixerit: Si Dionyſio obſecutus eſſes:olera profecto non lauiſſes:illũq; ad aurẽ item reſpondiſſe. Et tu ſi lauares olera Dionyſio non eſſes obſecutus. Dicenti cuidã complures te irrident:& illos inquit forte aſini:ſed non illi aſinos curãt ſubdidit ille:neq; ego illos rñſpõdit. Cõſpecto adoleſcẽtulo philoſophãte: Heia inquit amatores corporis ad aĩæ pulchritudinẽ traducis. Admirante quodã ea quæ ĩ ſamothracia ſũt donaria:longe ait plura eſſent:ſi & qui ſeruati non ſunt:ea deuouiſſent. Alii Diogoræ medo hoc aſſignant. Formoſo adoleſcẽti ad couiuiũ eũti deterior ĩqt remeabis: illo redeunte & poſtridie ſibi dicente:& prexi: & deterior effectus non ſum:deterior ĩquit quo? Poſtulabat ab Eurytio difficile qd dã:illo dicẽte ſi mihi pſuaſeris:equidẽ ĩquit ſi pſuaderẽ poſſim:ſuaſiſſẽ utiq; uti te ſuffocares. Reuertebatur ex lacedæmone athenas:interrogatus quo & unde:a uiris ĩqt ad mulieres. Rediens ab olympiis cum rogaretur an multa ibi turba fuerit:turba ĩqt multa:ſed hoĩes pauci. Luxurioſos dicebat ſimiles ficubus q̃ p præcipitia naſcũtur:q̃rũ fructus hõ

nõ guſtat:corui autẽ & uultures comedunt. Phryne ſcortũ
uenerẽ aureã delphis obtulit:eã ille ita inſcripſit. Ex græco-
rum intẽpantia. Alexandro quãdoq; illi aſſiſtente ac dicẽte
ſibi. Ego ſum Alexander magnus rex:at ego ait ſum Dioge
nes canis. Rogatus quidnã faciens canis uocaretur:ꝙ eis in
quit blandior qui dant:in eos uero qui nõ dãt oblatro: ma
los autẽ mordeo. Ex ficu quadam poma legebat:cuſtode di
cente hinc ante paucos dies hõ ſuſpenſus eſt:ego inquit il-
lã purgabo. Olympionicen intuens in ſcortũ frequẽter intẽ
dentẽ:en inquit aries martius a puella uulgari p collũ cap-
tus abducitur. Formoſa ſcorta letali mulſo ſimilia dicebat.
Prandenti in platea qui circũſtabant iugiter dicebant:canis
canis. At ille uos ait canes eſtis:qui prãdentẽ circunſtetiſtis.
Cũ duo molles ſe ipſi ſubducerent:nolite inquit uereri:ca-
nis betã nõ comedit. De puero ſtuprato unde eſſet rogatus
tegeates inquit. Cũ uidiſſet ignauũ luctatorẽ medicinã ꝓfi
tentẽ:quid hoc inqt:num ut eos q te aliquãdo uicerũt:nũc
ipſe deiicias? Cum ſcorti filiũ in turbas iactantẽ lapides cer
neret:caue ait ne patrẽ ferias. Puero oſtentanti ſibi gladiũ
quẽ ab amatore accepat:gladius ĩquit pulcher eſt:ſed capu
lus fædus. Laudantibus quibuſdã eũ qui ſibi erogauerat:
me autẽ nõ laudatis qui accipe merui. Cum a quodã palliũ
exigeretur:ſi quid ait donaſti hẽo: ſin autem eguiſti utor.
Subornato quodã dicẽte ſibi aurũ hẽt in pallio:ita ſane in-
quit:idcirco illo obuolutus obdormio. Rogatus qd ex phi-
loſophia lucratus fuiſſet:etſi nihil aliud inqt uel hoc ipſũ
ꝙ ad oẽm fortunã præpatus ſum. Interrogatus unde eſſet:
mundanus ait. Sacrificantibus qbuſdã ut filium accipent:
ut inquit bonũ accipiatis nõ ĩmolatis. Cum ſtipem aliquã
do poſceret ait egrotanti:alios expolia: ſed ab Hectore con
tine manus. Scorta dicebat regum eſſe reginas:petere enim
quodcunq; eis uideretur. Athenienſibus Alexandrum libe-
rum pẽm decernentibus:& me ĩquit ſerapin facite. Expro
branti ſibi ꝙ loca immunda ĩtroiret: & ſol ĩqt in ſeceſſibus

abit:neq; inquinatur.In fano cœnans inter panes ſordidos
appoſitos ſublatos abiecit dicẽs:in ſacrũ nihil oportere ſor
didũ ingredi.Dicẽte ſibi quodã cur nihil ſciens philoſopha
retur: etſi inquit philoſophiã ſimulo hoc ipſũ philoſopha
ri ẽ.Laudabatur puer ad illũ adductus ꝙ ingenio excelleret
eſſetq; optĩs moribus:quid ergo ĩqt me ĩdiget? Qui recta
dicerent nec facerent eos cytharæ ſimiles aiebat:& hanc enĩ
nihil audire neq; ſentire.Theatrũ ingrediebatur ex aduerſo
exeuntiũ.Rogatus cur ita faceret:hoc ait in oĩ uita facẽ ſtu
deo.Videns aliquando adoleſcentulũ efeĩari: nõ pudet ait
deterius q̃ naturã ipſã de te ipſo ſtatuere : Illa enĩ te uirum
fecit:tu te cogis mulierẽ fieri.Intuens ĩſipientẽ aptare pſal-
terium:non erubeſcis inquit qui ſonos ligno aptes:animũ
ad uitam nõ cõponas.Dicenti ſibi cuidam idoneus ad phi-
loſophiã nõ ſum:quid ergo inqt uiuis ſi ut bene uiuas nul
la tibi cura ẽ?Contẽnente quodã patrẽ: nõ pudet ait iſtum
contẽnere:q tibi ut magnũ ſapias eſt auctor. Videns deco-
rum adoleſcentẽ indecenter loquentẽ:nõ erubeſcis ait ex e-
burnea uagina plũbeum educens gladiũ.Cũ probro ſibi da
retur ꝙ in caupona biberet:& in tonſtrina tondeor inquit.
Exprobrabatur ſibi ꝙ ab Antipatro accepiſſet palliolũ : tũ
ille reiicienda inquit nõ ſunt præclara deũ munera. Pulſan
te ſe quodã trabe:ac dicente caue:uirga illũ cædẽs ait caue.
Supplicante quodã meretrici: quid ait uis miſer ꝙ præſtet
fruſtrari.Vnguentis delibuto uide ait ne fragrantia capitis
fætorem uitæ præſtet.Seruos quidẽ dominis:malos autem
cupiditatibus ſeruire dicebat.Rogatus cur mancipia andro
poda ſint appellata:quia pedes inquit habent uirorũ : ani-
mum autem quem tu modo habes qui hoc ĩterrogas.A lu-
xurioſo petebat minam : a quo dum rogaretur cur ab aliis
obolum:ab ſe peteret minã:quia inqt ab aliis oĩbus denuo
me accepturum ſpero:abs te uero an rurſus accepturus ſim
in deorũ gremio ſitum eſt.Cum exprobraretur cur Platone
non petente ipſe peteret : & ille inquit petit : ſed propius

admoto capite ne diſcant alii. Sagittariũ ĩtuitus ignauum
iuxta ſcopon conſedit dicens ne forte me feriat: Eos ꝗ ad uo
luptatẽ aſpicerẽt falli ac fruſtrari dixit. Interrogatus an ma
la eſſet mors: quonã inquit mõ mala: quã præſentẽ nõ ſen
timus. Alexandro ſtante atq; ĩterrogãte num me times? ꝗd
enĩ inquit es bonũ an malũ? dicẽte bonũ: ꝗs ergo ait bonũ
timet. Diſciplinã iuuenibus quidẽ ſobrietatẽ: ſenioribus ſo
latiũ: pauꝑibus diuitias: diuitibus ornatum eſſe dixit. Didy
moni mœcho curanti aliquãdo puellæ oculũ uide ĩquit ne
uirgĩs oculũ curans puellã corrũpas. Dicente quodam ami
cos illi inſidiari: & ꝗd ait agere oportet: ſi amicis & inimicis
æque utendũ erit. Rogatus quid eſſet in hõibus optimũ: fi
ducia inquit. Ingreſſus aliquãdo ſcholã cũ uideret muſas
multas paucoſq; diſcipulos: cũ diis inquit magiſter multoſ
habes diſcipulos. Solebat autẽ oĩa ante oĩum oculos facere
& quæ ad cererẽ & quæ ad uenerẽ ꝑtinent: atq; huiuſmodi
cõcluſiunculis utebatur. Si prandere nihil mali eſt: neq; in
foro prãdere malũ eſt: nõ eſt autẽ malũ prãdere: nec ĩ foro
quidẽ prandere malũ eſt. Cũq; ante ora oĩum iugiter oꝑare
tur: utinã liceret aiebat ꝑfricato uentre a fame cõquieſcere.
Referuntur ĩ eũ & alia quæ cũ ſint multa ꝓlixũ eſſet & oĩa
ꝓſequi. Dicebat autẽ duplicẽ eſſe exercitatõnẽ: alterã enim
eſſe animi: alterã corporis: hanc ſcilicet ſecundũ quam inex
ercitio perpetuæ quæ fiunt fantaſiæ præſtant ad uirtutis o-
pera quædam adminicula. Porro alterã ſine altera eſſe imꝑ
fectam nihilominus bona habitudine & robore ĩter ea quæ
competũt dinumeratis: quippe quæ ueluti circa corpus ita
& circa animam ſint. Adiiciebatq; argumentũ qđ ad uirtu-
tem facile exercitio proficiatur. Cernere enim ſe in artibus
mechanicis & aliis opifices ex conſuetudine operis non mi
nimã operandi celeritatem fuiſſe cõſecutos. Athletas item
& tibicines utroſq; eminere plurimũ quãto maiore ſtudio
& labore uerſati iugiter fuerunt. Atq; ita iſtos ſiquidẽ exer-
citationem ad animum tranſtuliſſent: nequaq̃ ĩutiliter aut

ĩpfecte laborarent. Nihil dicebat in uita oĩno abſq; exerci-
tatiõe pſici: eã uero oĩa exupare poſſe. Cũ igitur repudiatis
inutilibus laboribus naturales inſeq ac uiuere beate debea-
mus. Per ſũmã demẽtiã infœlices ſumus. Nãq; ipſius quo
q; cõtẽptus uoluptatis ſi nos aſſuefecerimus: iocũdiſſimus
fit: & ſicut hi q conſueuerunt uoluptuoſe uiuere: moleſte ĩ
de ſe auelli patiuntur: ita q ſe aliter exercitati ſunt: gratiſſĩe
ipſas contẽnunt uoluptates. Talia docebat atq; in actũ ꝓ-
ducebat uere cõſuetudines antiquas: monetas uero reſcul-
pens: nihilq; minus naturalibus q̃ legitĩs deferens: eandem
uitæ formã q̃ Hercules ſe uiuere affirmãs nihil libertati pre
ferens: oĩaq; ſapientũ eſſe dicens: eiuſmodi ratiõibus quas
ſupra allegauimus utens. Oĩa inquiens deorum ſunt. Ami
ci autẽ ſunt ſapientibus dii. Sunt autẽ amicorũ cuncta coĩa
oĩa igitur ſapientũ ſunt. Ac de lege ꝙ ſine ipſa geri rempu.
poſſibile non ſit. Nã ſine ciuitate nihil eſſe utile: urbs uero
ciuitas eſt: lex uero abſq; ciuitate ad nihilum utilis: eſt igi-
tur urbana lex. Nobilitatẽ uero & gloriã & huiuſmodi cæte
ra ridebat: dicens maliciæ eſſe uelamẽta: Solãq; rectam eſſe
rempu. quæ eſſet habenda in honore. Dicebat & uxores cõ-
munes eſſe oportere nuptias nihil appellãs: Sed qui ſuade
ret ei quã induxiſſet congredi communeſq; idcirco filios fi
eri. Nihil eſſe iniquũ ducẽs ex templo quidpiam accipere:
aut aliquod guſtare animaliũ: ne iniuſtũ quidẽ eſſe huma-
nis ueſci carnibus: idq; ex aliarum gentium conſuetudine
liquere: atq; hac recta ratione omnia in oĩbus & per omnia
eſſe dicens. Nanq; & in pane carnes eſſe: & in olere panem:
cum panis & corpora reliqua ĩ omnibus per occultos quoſ-
dam meatus ac tumores ingerantur: atq; una euaporent.
Sicut in Thieſte manifeſtum eſt: ſiquidem ipſius ſunt tra-
gœdiæ & non æginitæ ipĩus familiaris ſiue Paſiphontis du
ciam quem ſcribit Fauorĩus ĩ omnimoda hiſtoria poſt obi
tum eius ſcripſiſſe. Muſicæ uero & geometriæ & aſtrologiæ
cæterorumq; ſimilium fuiſſe negligentẽ ueluti ĩutilium &

sextus

quæ minīe eſſent neceſſaria.Fuit autē prōptiſſimus ad obuiandū his quæ dicerentur:ut ex ſupioribus liquet. Vēditionēq; ſui fortiſſime ptulit.Nā cū in ægiuā nauigaret: atq; piratis fuiſſet cōprehēſus:quorū prīceps erat Scirpalus:cretāq; deductus uenditus eſſet:precone īterrogante qd ſciret facere reſpōdit:ſcire ſe hōibus dominari.Cum repēte aſpexit corinthū quendā hītu ingenuo prætereuntē Xeniadem quē prædiximus hunc digito denotans:huic inquit me uende:hic enī domino indiget.Emit igitur illū Xeniades corinthūq; ſecū adducens:& filiis præceptorē dedit: & oī domui præfecit.Is uero ita ſe geſſit in omnibus ut ſupſtes ille diceret:bonus dæmon domū meā introiuit.Refert Cleomenes in libro q pedagogus inſcribitur:neceſſarios ſuos illū redimere uoluiſſe:illum uero eos fatuos dixiſſe.Neq; enim leones ſeruos eſſe nutrientiū:ſed econuerſo illos ſeruire leonibus.Nā ſerui timere eſt:feras uero hōibus terrori eſſe. Erat autē uiro mirabilis pſuadendi uis:adeo ut quēlibet oratiōe facile caperet. Fertur deniq; Oneſicratus qdam æginenſis athenas miſiſſe alterum ex duobus liberis ſuis Androſthenē nomīe:eūq; cum audiſſet Diogenē illic perſtitiſſe miſiſſe itidē quē prædixeramus Philiſcum q erat maior natu: ipſūq; ſimiliter detentū fuiſſe.Tertius uero ipſe adueniſſe: atq; una cū filiis philoſophatus eſſe:tanta Diogenis ſermonibus ſuauitas inerat.Audiuit ipſum & Phocion q cognominatus eſt bonus:&Stilpo megarenſis: & cōplures alii ciuiles uiri.Fertur nonaginta ferme annorū obiſſe diē.Porro & ipſius morte uaria hētur opinio.Sunt enim qui dicant illum cū bouis pedē crudum cōmediſſet.bilē incurriſſe :atq; ex ea fuiſſe defunctū.Alii uero cōtinuiſſe ſpiritū:atq; ita exſpiraſſe:ex quibus eſt Cercidas megalopolita ſiue cretenſis in meliambis ſic.

Quidem ſinit non ante ſinopeus ille
Gerens bacillum duplicis ueſtis lator.
Paſcens in æthere dentibus labra admouens

Et ſpiritum mordens qui obiit erat uere
Iouis Diogenes ſtirps:caniſq; cæleſtis.

Alii dicunt cum polipũ canibus ptiri uoluiſſet:morſum in cruris neruo accepiſſe:ac ex eo defunctũ eſſe. Ipſius tamen neceſſarii ut in ſucceſſionibus ait Antiſthenes:id potius ap probant q̧ ſpiritũ cõtinendo animã exhalauerit. Degebat enim in cranio:id autẽ erat gymnaſium ante corinthũ. Cũ uero ex more familiares ſui adueniſſent:pallioq; obuolutũ deprehenderent:non illũ dormire arbitrati:erat qppe mini me ſõnolentus:ſed ex inſtituto ſuo durare puigil cõſuetus reuelato pallio animã eflaſſe inuenerunt: ſuſpicatiq; ſunt illum hoc feciſſe deſiderio migrandi ex uita. Hinc ut aiunt ĩter eos quis eũ ſepeliret oborta ſeditio fere ad conſerandas eos pduxit manus. Aduenĩetibus autẽ patribus illorũ atq; primatibus ita ſedata diſcordia ſepultũ eſſe tradunt iuxta portã quæ in iſthnũ fert. Erigentes autẽ ſup illius tumulũ columnã:canẽ deſup ex lapide pario ſculpſerunt. Poſtmodũ & ipſius ciues æreis illum ſtatuis honorarunt ita inſcribentes. Seneſcet tẽpore qdẽ hoc æs: ſed tua ſane Diogenes gloria non oboleſcet oĩbus ſæculis. Nã uitæ gloria mortaleſ illuſtraſti: facileq; uiuendi uiã prætuliſti. Eſt itẽ de eo tale epigramma carmine proceleumatico.

Diogenes age loquere rogo ego quæ te mors
Excepit in acherontis domum:canis acerbitas mordicus.

Aiunt qdã illũ dum moreretur mãdaſſe inſepultũ proiici cadauer:ut oẽs beſtiæ pticipes ipſius eſſent: ſiue in foueam ſupiecto modico puluere iniicerent. Alii autẽ in eliſſum ſe ĩ mitti uoluiſſe tradunt:ut eſſet fratribus utilis. Demetrius autẽ in æquocis ait eadẽ die Alexandrũ babyloniæ: Diogeneq; corinthi uita functos eſſe. Erat autẽ ſenex Olympiade .cxiii. Feruntur eius iſta uolumina. Dialogi capitulorum. Ichthyas:cornix:pardus:plebs:atheniẽſium reſpu. ars moralis:de diuitiis:amatorius: Theodorus:Hypſias: Ariſtarchus:de morte:Epiſtole. Tragœdiæ.vii. Helena: Thyeſtes:

Hercules: Achilles: Medea: Chryſippus: Oedipus. Porro ſocrates in primo ſucceſſionum: & ſatyrus in quarto de uitis nihil eſſe Diogenis affirmant. Tragœdiolas autẽ ait ſatyruſ Philiſci æginenſis eſſe diogenis diſcipuli. Sotion autem in ſeptimo hæc ſola diogenis eſſe ait. De uirtute. de bono. Amatoriũ pauperẽ. Tolomæum. Pardũ. Caſſandrũ. Cephalionẽ. Philiſcũ. Ariſtarchũ. Siſyphum. Ganymedẽ. de uſu. Epiſtolas. Fuerunt autẽ quinque diogenes. Primus apolliates phyſicus. Eius autẽ ſcriptorum iſtud initiũ fuit. Quodcũq; dicere aggredienti operæ precium eſſe uidetur initium irrefragabile ponere. Secundus ſicyonius qui pelopõnesiaca ſcripſit. Tertius hic ipſe. Quartus ſtoicus ex ſeleucia: appellatus eſt autẽ babylonius ob uicinitatẽ. Quintus tarſenſis qui de quæſtionibus poeticis ſcripſit: quas etiã ſoluer̃ nititur. Hunc uero philoſophũ Athenodorus ĩ qnto deãbulationũ ait ꝙ ungi ſolitus ſit: lucidum ſemp uiſum eſſe.

Mominus ſyracuſanus.

m Ominus ſyracuſanus Diogenis quidẽ diſcipulus: famulus uero mẽſarii cuiuſdam corinthii fuit: ut Socrates tradit. Ad eũ Xeniades qui diogenẽ emerat: frequens pergebat: uirtutẽq; ipſius operum atq; in dicẽdo uim prædicans: Mominum ĩ uiri pellexit amorẽ. Ille enĩ continuo ſimulata ueſania abiicere monetam oẽmq; mẽſæ pecuniam cœpit: donec a domino repudiatus cõtinuo ſe ad Diogenem contulit. Aſſecutus eſt autẽ & Cratẽ cynicum ſæpius cæteroſq; id genus ſtudioſe conſectatus. Qua ex re factum eſt ut eum dominus ſuus adhuc magis inſanire putarit. Fuit autem uir eloquens & doctus: adeo ut Menãder comicus ipſius mentionẽ fecerit in quadã comœdia ſic de eo dicens. Mominus uir quidã fuit oiphilo ſapiens ignobilis modico qui perã geſſit: peras ergo tres. Sed & imaginis uerbo edixit ſimile nihil ei eſſe p Iouẽ quod dictum eſt: noſce

liber

te ipſum:neq; his quæ ſunt in laude: ſed ſup hæc oĩa mēdicus ille & ſordidus. Nã quod reliquũ eſt oẽ faſtũ eſſe ait. A deo uero grauis tantaq; cõſtãtia fuit:ut cõtempta gloria ſolã ueritatẽ appeteret. Scripſit autẽ ludrica ſententiis ſeriis pmixta:de appetitionibus duo:& exhortatorium:

Oneſicritus.

o Neſicritũ alii quidẽ æginẽſem tradunt. Porro Demetrius magneſius aſtipalenſem fuiſſe ait: & hic ex Diogenis ludo pbatiſſimus. Videtur autẽ quiddã hẽre ſimile cũ Xenophõte. Ille quippe cum Cyro: hic cũ Alexandro militauit. ille cyri pædian: hic alexandri ſcripſit initia: ille cyri: hic alexandri pſequitur laudes. Eſt autem & ſtilus utriuſq; ſimillimus: niſi inquantũ ꝙ tranſcribitur ſecũdũ ab exẽplari ẽ. Fuit & Menãder diogenis diſcipulus cognomento Drymus homeri admirator: & Hegeſæus ſinopæus Cloeos cognoĩatus: & Philiſcus æginẽſis quẽ prædiximus.

Crates thebanus.

c Rates Aſcondii filius thebanus ipſe quoq; inter ſapiẽtiſſimos Diogenis diſcipulos fuit. Cæterũ Hippobotus nõ Diogenis ipſum fuiſſe diſcipulũ ait: ſed bryronis achiui iſta ferũtur ludicra. Pera quædã ciuitas eſt in medio nigro typho pulchra & pinguis circunfuſa nihil habens: ad quam nemo uir nauigat: neq; qui ſtultus paſituſq; ſit: neq; auidus meretricis: obſceniſq; exultans operibus. ſed animũ atq; allia fert & ficus & panes: de quibus ĩ uicẽ non certant: neq; ſumũt arma pecuniæ aut gloriæ gratia. Eſt & Ephemeris hæc habens illa uulgatiſſima. Appõit coquo minas decem: medico dragmam: aſſentatori talenta quinque: conſiliario fumum: meretrici talentum: philoſopho triobolum. Vocabatur autẽ & thyrepanoectes ꝙ ĩ oẽm

ingrederetur domũ & corriperet. Eſt eius & illud : hæc héo quæ didici: & quæq; curaui: atq; me diuæ docuerunt munera muſæ: ꝙq; ex philoſophia fuiſſet adeptus lupinorũ chænicen: & nullius rei curã. Fertur eius & illud. Amoré ſedat fames: ſin minus tempus: eis uero ſi uti nõ uales: laqueus. Floruit maxime circa centeſimã & tertiãdecimam olympiadé. Hunc ait Antiſthenes in ſucceſſionibus cũ in tragœdia quadam cerneret Telephum ſportulã tenẽtem aliaſq; opulẽtum ad cynicã philoſophiã prexiſſe: illumq; patrimonio uendito: erat quippe uir nobilis: cum aggregaſſet plus q̃ ducenta talenta: ciuibus ea dimiſiſſe: adeoq; conſtanter philoſophatum eſſe: ut & Philemon comicus ipſius mentionem fecerit. Ait nempe æſtate qppe habuit palliũ craſſum ut ſe cõtineret: hieme autem pãnum. Refert autem Diocles perſuaſiſſe ſibi Diogené ut peculium dimitteret: ac ſi qd pecuniæ haberet iactaret ĩ mare. Atq; Cratis quidem domus ab Alexãdro: hippchiæ uero a Philippo. Quoſdã ex ꝓpĩqs ad ſe ueniẽtes atq; auertere ab ĩſtituto moliẽtes ſæpenũo baculo pſeq̃batur cõſtanſq; pdurabat. Porro Demetrius magneſius ait depoſuiſſe illũ pecuniã ad trapezitã: ea cõdictõe ut ſiquidé filii ideotæ eſſent: eam illis redderet: ſin autem philoſophi: plebi diſtribueret: nihilo qppe egere philoſophos. Eratoſthenes autem refert: cũ ex hippchia de qua dicemus: natus ſibi eſſet filius Paſicles noĩe: eum iã adultum ad ãcillæ adduxiſſe domum ac dixiſſe: hoc ei paternum eſſe matrimonium. Cæterum mœchorũ exilia & cædes tragicorũ eſſe præmium: eos uero q ſcortis congrederentur comicorũ: qppe ex luxu & ebrietate ĩſaniam gigni. Huius frater Paſicles fuit Euclidis diſcipulus: eius facetum qdpiam fauorinus in ſecundo cõmentariorum refert. Ait enim pro quodã deprecans gymnaſii principem eius ilia tetigit. Illo indignante: quid enim ait nõne & iſta tua ſunt: ſicut & genua. Dicebat q; poſſibile non eſſe inueniri qui lapſus non ſit: ſed ueluti in malo punico granum etiã aliquod putridum eſſe. Cum

Nicodromũ cytharœdum irritaſſet: cæſus ĩ faciẽ eſt. Cartu-
lã itaq; ĩponens fronti inſcripſit: Nicodromus fecit. Scorta
ex induſtria inſectabatur maledictis una & ſe ipſũ exercenſ
ad pferẽda cõuicia. Demetrio phalereo qui ſibi panes ac ui
num miſerat exprobrabat dicens: utinã & fontes panes fer
rent. Cõſtat igitur aquã bibiſſe. Ab athenienſibus ciuilis iu
ris pitis arguebatur cur ſindone amiciretur: qbus ille: Theo
phraſtum inquit oſtendã uobis opertũ ſindone: non credẽ
tibus ĩduyit illos ĩ tõſtrinã ubi ille tõdebatur: oſtẽditq; lino
cooptũ. Cũ thebis a prĩcipe gymnaſii flagris cæſus eẽt: ſiue
ſecũdũ alios corinthi ab Eutycrate: ac pede traheretur ride-
bat dicens. Me pede diuino extendens protrahe uelo.
Diocles autem ptractum eum a Menedemo eretrienſi teſta
tur: Nam cum eſſet decorus & Aſclepiadi philiaſio uſui eſ
ſe uideretur: tetigit Crates illius coxas dicens intus Aſclepia
des: qua ex re indignatum Menedemũ traxiſſe illũ: idq; eũ
dixiſſe. Zeno uero cittieus in libris de uſu pellẽ ouis quoq;
inſuiſſe pallium refert: ut eſſet informior. Erat autem & fa
cie turpis: & cum ſe exerceret ridebatur. Solebat autem ſub
latis manibus dicere confide Crates pro oculis & corpore re
liquo. Hos autem uidebis irriſores iamiam ex morbo cõtra
hi te beatum dicere: ſe autẽ ocioſitatis arguere. Dicebat aũt
tam diu philoſophandum eſſe quoad uideantur duces no-
biles eſſe aſinarii. Deſertos dicebat qui cum aſſentatoribus
eſſent: non ſecus ac uituli cum inter lupos ſunt: neq; enim
cum illis propinquos: neq; cum his eſſe: ſed inſidiatores.
Cum autem ſentiret ſe morti proximum: ĩſpiciebat ſeipſũ
dicens: perge iam amice perge ad inferni ſedes ſtatu ob ſeni
um curue. Erat quippe ex ſenectute curuatus: Alexãdro ro
gante num uellet reſtitui: ac refici patriam ſuam: quid ait
opus eſt? rurſus enĩ fortaſſis Alexander eã alius diruet. Ha
bere ſe patriã cõtẽptũ gloriæ & pauptatẽ fortuna nũq̃ caſu
ra bona: Diogeniſq; ciuem eſſe ĩuidiæ inſidias nõ metuen-
tis. Meminit ipſius & Menander in geminis dicens. Mecũ

enī ambulabis pallio amicta : ſicuti cum Crate cynico quā-
doq; coniunx & filiam tradebat illis ut ipſe ait : probationi
triginta inductis diebus diſcipuli eius.

Metrocles.

m Eetrocles Hipparchiæ frater cū prius audiret Theo
phraſtum pipateticum adeo corruptus erat: ut cū
ſæpe inter diſſerendū crepitum uentris emitteret:
præ angore animi domi incluſus moraretur cōtinere uolēs.
Hoc agnito Crates ingreſſus eſt ad eum conſolaturus: ac lu
pīs ex īduſtria uoratis pſuaſit quidē illi primū uerbis nihil
mali feciſſe: fore quippe pdigium ſi nō & ſecundū naturā
flatum emitteret. Tum uero & ipſe in huiuſmodi crepitū
erumpens illum ex ſimilitudine operis erexit. Hīc ipſius iā
auditor fuit: euaſitq; uir ī philoſophia eminens. Hic libros
ſuos ut ait Hecaton in primo uſuum combuſſit dicēs. Sūt
iſta ſōniorum phantaſmata ueluti deliramenta. Sunt qui
Theophraſti cōmentaria quæ ex illius ore pceperat: cōbuſ-
ſiſſe ferant: ac dixiſſe. Vulcane celer age: nihil hic tui īdiget
thetis. Res docebat partī emi pecunia ut domum : ptim tē-
pore & diligentia ut diſciplinas liberales: diuitias nocere ni
ſi qs eis digne utatur. Obiit ſenex a ſe ipſo ſuffocatus. Por-
ro diſcipuli eius fuere Theombrotus atq; Cleomenes. The
ōbroti auditor fuit Demetrius alexādrinus: Cleomenis aūt
Timarchus alexandrinus & Echecles epheſius : qui & ipſe
Theōbrotū audiuit: a quo Menedemus: de quo poſtea di-
cemus. Fuit īter illos īſignis & Menippus ſinopeus. Incidit
autē in illorum retia Metroclis quoq; ſoror Hipparchia.

Hipparchia.

h Ipparchia Metroclis ſoror: erant autē maronitæ ā-
bo: Amabat uero & Cratis uitam atq; uerba: neq;

ũlla omnino ꝓcorum excellentia potuit auelli: nõ opibus: õn nobilitate: nõ pulchritudíe. ſed hæc oĩa ſibi Crates erat: parentibuſq; minabatur ſeipſã niſi huic traderetur necatu rã. Cũ igitur Crates a pentibus puellæ rogaretur: uti ab hoc illã ꝓpoſito auerteret. Poſtq̃ ægit oĩa: nec pſuaſit exurgens oĩ ſua ſupellectile ante illius oculos expoſita: hic ait ſpõſus hæc eius poſſeſſio eſt: ad hæc delibera. Neq; enĩ eſſe noſtri cõſors poteris: niſi eadẽ ſtudia attigeris. Elegit cõtinuo pu ella: ſumptoq; illius habitu una cũ uiro circuibat: & cõgre diebatur in apto: atq; ad cœnas proficiſcebatur. Quo tẽpoř & ad Lyſimachũ ad cõuiuiũ uenerunt: ubi & Theodorum ĩpium coarguit ſophiſma huiuſmodi obiiciens. Quod faci ens Theodorus iniuſte agere nõ diceretur: id Hippchia ſi fa ciat: facere iniuſte nõ dicetur. Theodorus autẽ ſeipſum feri ens ĩiuſte non agit: ne Hippchia qdem Theodorum cædẽs iniuſte agit. Tũ ille ad id quidẽ minime reſpõdit: ſed illius pallium traxit. Sed neq; territa neq; pturbata Hippchia ut mulier eſt. Verum & dicente ſibi illo: hæc eſt quæ textrini re liquit radios. Sum equidẽ inqt Theodore: ſed num tibi ma le de meipſa ſtatuiſſe uideor: ſi tẽpus quod in textrino con ſumptura eram: diſciplinæ potius ĩpendi? Hæc & alia innu mera de philoſophante fœĩa dicuntur. Fertur & Cratis epi ſtolarũ liber: ĩ qbus præclare philoſophatur. Stilus ipſe ſæ pe Platoni ſimilis uidetur. Scripſit & tragœdias altiſſimo philoſophiæ ſtilo: quale illud eſt: Nõ una patriæ mihi tur ris nõ una tecta: ſed terræ oĩs & ciuitas & domus parata no bis: mõ uiueř detur. Obiit uetulus: atq; ĩ boetia ſepultus ẽ.

Menippus phœnix.

m Enippus & ipſe cynicus patria qdẽ phœnix: cõditi one ſeruus fuit: ut ait Achaicus in ethicis. Diocles autẽ dominũ ipſius & ponticũ fuiſſe: batonemq; uocatũ tradit. Cũ uero præ cupiditate ĩportunius peteret:

thebanus fieri ualuit. Edidit quidē dignum memoria nihil Porro ipſius libri multo riſu referti ſunt: non ſecus atque Meleagri q̄ tēpore ſuo fuit. Refert Hermippus diurnū fœneratorē fuiſſe: uocatūq; Hemerodaniſtē. Nāq; nautica uſura fœnerari conariq; ut pecunias cōplures cogeret: Tādē īſidias ꝑpeſſum oībus priuatū eſſe: ac præ mœrore laqueo ſibi uitā extorſiſſe. Et nos luſimus in ipſum.

Eſt canis in creta quanuis ſit patria phœnix
  Triſtia qui tota fœnera luce dabat.
Iſtum nouiſti ſed uos fortaſſe Menippum
  Nam canis hic ſolum nomine notus erat.
Omnibus hic nocuit thebis ut foſſa fuiſſet
  Penderet laqueis ſi bene nota canis.

Quidā eius libros nō ipſius eſſe ſed Dionyſii & Zophiri colophoniorū tradunt: qui iocādi cauſa cōſcribentes ei ut diſponere idoneo dederunt. Fuerunt autē Menippi ſex. Prius qui de lydis ſcripſit: Xanthūq; breuiauit. Secūdus hic ipſe. Tertius ſtratonicus ſophiſta. Quartus ſculptor. Quintus & ſextus pictores: utroſq; memorat apollodorus. Cynici autem uolumina tredecī ſunt. Neniæ: teſtamenta: epiſtolæ cōpoſitæ ex deorum ꝑſona ad phyſicos & mathematicos grāmaticoſq;: & epicuri fœtus: & eas quæ ab ipſis religioſe coluntur imagines: & alia.

Menedemus.

m Enedemus Coloti lāpſaceni diſcipulus fuit. Hic ut ait Hippobotus intantū ꝓdigioſæ ſupſtiōis uenerat ut ſumpto hītu furiæ circūiret: dicens ſpeculatorē ſe ex inferno ueniſſe peccantiū: ut iterato deſcendens hæc ibi dæmonibus renunciaret quæ uidiſſet. Veſtis hæc erat pulla tunica talaris: aſtricta puniceo balteo: pilleus arcadicus capiti īpoſitus habens ītexta elementa .xii. cothurni tragici barba prolixa: uirga in manu fraxinea. Atq; iſtæ q̄dē

liber

uitæ ſunt ſinguli cuiuſq; cynicorum . Subiicienda nunc &
quæ communiter illis uiſa ſunt : ſiquidem & ſectam hanc
philoſophiæ eſſe iudicamus:non ut quidam uolunt conſtã
tiam uitæ. Placet ergo illis rationalem naturalemq; philoſo
phiã tolli oportere: ab Ariſtone chio nõ diſcedentibus: mo
raliq; ſoli intendi: quodq; pleriq; Socrati: hoc Diocles Dio
geni inſcribit:hunc aſſerens dixiſſe inquirendum quid no/
bis boni maliq; domi ſit. Repudiant & diſciplĩas liberales :
Deniq; neq; diſcendas litteras dixit Antiſthenes ne frugi ef
fecti peruerterentur alienis. Tollunt & geometriam & mu/
ſicam & cætera id genus. Nempe enim & Diogenes cuidam
oſtendẽti ſibi horoſcopium: utile ſane inuentum ait ne pri
uemur cœna: ad eum uero qui muſicam ſibi præferbat ait:
Nam uirorum ſententiis bene ſe habent urbes atq; domus
non cantibus nec pulſibus. Placet eis & finem eſſe ſecundũ
uirtutem uiuere: ut Antiſthenes ait in Hercule: ſimiliter ut
ſtoicis. Nam ſocietas quædã eſt inter has duas ſectas: unde
& cyniſinum dixere breuem uiam: atq; ita uixit & Zeno cit
tieus. Placet item eis ſimplex & parabilis uictus : quippe q
ſobriis cibariis utuntur & ſolis palliis: diuitias gloriam no/
bilitatemq; contemnunt. Itaq; plerunq; herbis & aqua tan
tum frigida utuntur: operimentiſq; fortuitis & doliis: ſicu
ti Diogenes: qui dicebat deorum eſſe propriũ nihil ĩdigere:
eorum uero qui diis eſſent ſimiles minimis egere . Virtutẽ
dicũt eſſe docibilem: ut in herculem ait Antiſthenes: eſſeq;
minime reiiciendum: ſed ſtudioſe colendum: ac ſine pecca
to ſapientem & ſimili amicum fortunæ quoq; nihil permit
tendum. Quæ uero inter uirtutem & uitia ſunt æque: ut A
riſtochius indifferentia appellant: & iſti quidem cynici fue
re. Veniendum iam ad ſtoicos: quorum prĩceps fuit Zeno
Cratis diſcipulus.

DIOGENIS LAERTII DE VITIS PHILOSOPHO RVM LIBER SEPTIMVS.

ZENO CITTICVS.

z Eno Mnaſiei ſiue Demei filius citticus ex
cypro græca ciuitate phœnicibus freque͂/
ter accolis:collo fuit in altera͂ parte͂ ı͂clina
tiore:ut refert Timotheus athenienſis in
libro de uitis.Apollonius aute͂ tyrius gra
cili corpore ſtatu procero & atra cute fu/
iſſe illum auctor eſt. Vnde illu͂ quida͂ ut Chryſippus ı͂ quin
to prouerbiorum ait:ægyptium palmitem dixit. Crura ha/
buit turgida & imbecilla & infirma. Idcirco & Perſeus in co͂
mentariis conuiualibus ipſum refert co͂plures cœnas decli/
naſſe. Veſcebatur perlibenter ficubus recentibus atq; ad ſo
lem paſſis: Auditorq; ut dictum eſt Cratis fuit. Deinde Stil
ponem etiam audiſſe & Xenocratem dece͂nio perpetuo no͂
deſunt qui affirment:ſicuti Timotheus in dione:Polemo/
nis itidem frequentaſſe auditoriu͂. Porro Hecaton & Apol
lonius tyrius in primo de Zenone libro ſcribit: cu͂ oraculu͂
conſuluiſſet:quo pacto uiuere optime poſſet : reſpondiſſe
deum:ſi mortuis colore concors eſſet. Quod ille cum intel
lexiſſet:ſe ad legendos antiquorum libros magno co͂tuliſſe
ſtudio. Deniq; Cratis hoc modo familiaritate uſus eſt. Pur
puram ex phœnice mercatus aduectans ad piræum naufra
gium fecit. Ea iactura ſubtriſtior factus athenas aſcendit a͂/
nos triginta natus:ſeditq; penes librorum uenditorem. Le
gente aute͂ illo ſecundum Xenophontis co͂mentariorum de
lectatus ille & ia͂ lætior ſciſcitari pergit:ubina͂ eiuſmodi uiri
morarentur. Opportune tu͂c prætereunte Crate: digito illu͂
bibliopola oſte͂de͂s hunc ı͂qt ſequere. Ex eo ia͂ cratis auditor
erat. Alias quide͂ aptiſſimus ad philoſophia͂:ueru͂ uerecu͂di
or q̄ ut ſe ad impudentiam cynicam conferre poſſet. Id ubi

Liber

animaduertit Crates: curare etiam ĩ hoc illum ſtudens ollam lenticula refertam dedit: ut per ceramicum ferret. Cũ autem uideret pudeſcere illum atq; uerecũdari: baculo ictã perfregit ollam. Illo fugiente & lenticula per crura defluente: quid inquit fugis puniceolum: nihil mali paſſus es. Aliquandiu igitur audiuit Cratem: quo tempore cum ſcripſiſſet de repub. quidam iocantes aiebant in cauda canis illum ſcripſiſſe. Præterea ſcripſit & iſta. De uita ſecundum naturam. de appetitu: ſiue de hominis natura. de perturbationibus: uel de uitiis. de officio. de lege. de græca peritia. de aſpectu. de toto. de ſignis: ſiue de notis: Pythagorica uniuerſalia. de dictionibus. Problematum homericorum. v. de poetica auditione. Eſt ipſius item & ars & ſolutões & argumẽta. ii. cõmentaria Cratis moralia. Atq; iſti quidem libri eius ſunt. Poſtremo diſceſſit: & quos prædiximus audiuit ad uiginti annos: ubi & illum dixiſſe ferunt. Tunc ſecundis uentis nauigaui quando naufragium feci. Alii ſub Crate hoc dixiſſe aiũt: Quam bene fortuna fecit: quæ nos philoſophiæ applicauit. Alii dum athẽis diuerſaretut: audito naufragio dixiſſe illum ferũt: Recte ſane ægit fortuna quæ nos ad philoſophiam ĩpulit. Quidam depoſito athenis onere ſic demum ad philoſophiam fuiſſe cõuerſum. Vertens igitur ſe ad porticum uariam quæ & peſianacta appellabatur: ex uaria & multæ ſcientiæ pictura polygnoti oratione formabat uolens & locũ illũ ſtabilem facere: nulliſq; ſeditionibus ultra uiolabilẽ. Nanq; ad mille quadringentos triginta ciues ibi fuerãt necati. Eo igitur ad illum audiendũ diſcipuli iam confluebant: atq; ideo ſtoici uocati ſunt etiã qui ab ipſo antea zenonii appellabantur: ut epicurus ĩ epiſtolis ait. Siquidẽ & ante illũ ſtoici q in illa morabantur: poetæ dicti erãt: ut ait Eratoſthenes ĩ octauo de antiqua comœdia: a qbus multũ ĩcremẽti ea appellatio accepit. Eñiuero ſũmo ĩ honore apud athenienſes habebatur Zeno: adeo ut urbis ac mœniũ apud illum claues deponerent: coronaq; aurea & ærea

imagine honorarent. Hoc autē & ciues ipſius feciſſe ferunt magno ſibi ornamento fore uiri imaginem exiſtimantes. Amplectebantur illū & ſydonii cittiei. Suſcipiebat illum & Antigonus: & ſi quando athenas contendiſſet: auditor eius erat: multumq; orabat ut ſe ad eū cōferret. Id ille quidē facere renuit. Cæterum Perſeū unū ex familiaribus miſit Demetrii filiū genere cittieū: quiq; olympiade. cxxx. florebat: Zenone iā ſene. Eſt autē hic textus epiſtolæ Antigoni: ut refert Apollonius tyrius in his quæ de Zenone ſcripſit.

Rex Antigonus Zenoni philoſopho ſalutem.

e Go fortuna me quidem & gloria uitam tuā āteire exiſtimo. Cæterum diſciplinis ſtudiiſq; liberalibus & pfecta fœlicitate quā tute poſſides: longe abs te præcelli ſentio. Quo circa te orare ſtatui uti ad me pficiſcaris: id mihi pſuadens te preces meas minime irritas fieri paſſurum. Tu igitur modis oībus enitere ut tuo cōtubernio fruamur: hoc pro certo habens: te non mei tantum: ſed oīum ſimul macedonum eruditorē fore. Nā qui macedoniæ regem erudit: atq; ad uirtutē ībuit: eū & ſubditos quoſq; inſtruere ad fortitudinē & probitatē certum eſt. Nā cuiuſmodi fuerit dux: tales utplurimum ſubditos fieri neceſſe eſt. Vale. At hæc Zeno ita reſpōdit.

Zeno Antigono regi ſalutē.

a Mplector tuum maxime diſcendi ſtudiū: q uerā utilē atq; neceſſariam: nō popularē: & quæ ad puertendos mores tendit: eruditionē apprehendere inſtituis. Qui enī philoſophiæ amore ac ſtudio tenetur: declinatq; celebrē illā & uulgarē uoluptatē: quæ quorundā adoleſcentulorū aīos efœīat: eū nō natura mō nobilitatē tueri: uerū quidem uirtutis quoq; īſtituto manifeſtum eſt. Porro liberali ac nobili ingenio ſi adiiciatur modica exercitatio: neq; deſit præceptoris copia: mature ad pfectā uirtutis euadit frugē. Equidē niſi ſenectus mihi obſiſteret: ſum enī octogenarius: corpuſq; præterea īualidū: ipſe ad te pgerē: ut iubes. qa uero id nō datur: quoſdā ex cōtubernalibus meis ad te mitto: q aī

Liber

bonis me minime inferiores ſunt: & corporis etiã cõmodis exuperant. His ſi tu ſtudioſe congrediare: nihil quod ad uerã ptinet beatitudinẽ deſiderabis. Vale. Miſit autẽ perſæũ quem prædiximus thebanumq; Philonidam. Vtriuſq; horum Epicurus mentionem facit ĩ epiſtola ad Ariſtobulum fratrem: congreſſoſq; Antigono memorat. Placuit atheniẽſiũ quoq; de illo decretũ: quoniã ẽ memorabile ſubnecteř. Eſt autẽ huiuſmodi decretũ arrenida prĩcipe acamãdis tribus qnto magr̃atu memacteriõis decĩa mgr̃atus tertiadecĩa præſidẽtiũ concio rata decreuit Hippio cratiſtotelis Xypeteon & cæter primarii. Thraſo thraſonis filius anaclicus dixit Quoniam Zeno Mnaſei filius cittiæus complures annos in ciuitate philoſophe uerſatus eſt: atq; in omnibus uir bonus eſſe perſtitit: ac iuuenes qui ad illum diſciplinæ cauſa conuenerunt ad uirtutẽ & frugalitatem exhortando: ad ea quæ ſunt optima incendit uitam ſuam uerbis ac doctrinæ ſuæ conſentaneã exemplar omnibus proponens: bona fortuna uiſum eſt plebi laudare Zenonẽ Mnaſei filium cittiæum & aurea corona coronare ſecundum legem uirtutis ac tẽpantiæ gratia: prætereaq; cõſtruere illi ſepulturã in ceramico: publicæ coronæ autem faciendæ exædificãdiq; tumuli plebẽ iam quinq; uiros ex athenienſibus eligere qui curã habeant. Decretumq; hoc ſcribam Plebis inſcribere columnis duabus: licereq; ſibi alteram in academia: alteram in lycio ponere. Sumptus uero columnarum diſtribuere eum q negociis præeſt. Vt omnes intelligant athenienſium plebẽ bonos uiros & uiuos & defunctos honorare. Ad huiuſmõi autẽ ſtructurã electi ſunt Thraſo anacieus Philocles piræeus Phædrus anaphlyſtius Melon acharneus & Micythus ſypalleteus. hoc exẽplar decreti fuit. Refert autem Antigonus caryſtius ipſum ſe non negare cittieũ. Nã cum unus eorũ e numero fuerit atq; ĩ colũna deſcriptus ſit: qui ad lauachri ſtructurã cõtulere ĩ ſtatua Zenõis philoſophi ut etiã cittieus adiiceř̃tur orauit. Cũ uero feciſſet aliq̃ndo uaſculo cauũ

Septimus

opculũ:circunferebat pecuniã: ut Crates præceptor promptũ haberet ac paratũ neceſſariũ uictum. Aiunt illũ pluſq̃ mille talenta habuiſſe cũ uenit in græciã: eaq; nautice fœnerari ſolitũ. Edebatq; modice pané & mel: & ſuauis uini paululũ bibebat.+ Pueris ſemel fere aut bis uſus eſt: & ancillula quadã ne ſexũ odiſſe uideretur. Eandẽ quoq; domũ ipſe & pſæus una habuit. Is cũ aliquãdo tibicinã mulierẽ ad eũ induxiſſet: ab ſe raptã ad pſæũ abduxit: eratq; ad illũ aditus facilis: neq; ipſe difficile quo quiſq; uellet circunducebatur adeo ut ſæpe apud eũ Antigonus cœnæret rex: atq; ad Ariſtoclen cytharœdũ ad cũuiuiũ cũ illo una pgeret. Séſim tamen id euitaſſe traditur: ac declinaſſe ne nimis eſſet popularis: adeo ut i ſũmo gradu cõſideret: deuitãs uel alterã pturbatõis ptẽ: neq; uero cũ pluribus q̃ duobus uel tribus ãbulabat. Quibuſdã uero ut Cleãthes ait ĩ libro de ære iubebat æs dare circunſtantes: uti ne ſibi moleſti eſſent. Pluribuſq; circunſtãtibus oſtendens in porticu in ſũmo ligneã aræ circunferentiã: hæc ait aliquãdo in medio erat expoſita: qa uero ĩpediméto erat: ſeorſũ poſita eſt: & uos igitur uoſmet ex medio tollẽtes minus moleſtiarũ nobis adhibebitis. Demochare autẽ Lachetis filio ſalutante illũ ac dicente ſi qd opuſ hẽret: dicturum ſe ac ſcripturũ Antigono præbituro oĩa: indignatus contra illi congreſſus nõ eſt. Fertur autẽ poſt Zenonis mortẽ Antigonum dixiſſe: quale ſpectaculũ perdidi. Vnde & athenienſibus per Thraſonẽ legatũ ut in ceramico illi ſepulturam facerent petiit. Interrogatus autẽ cur illum adeo admiraretur: quia ĩquit cum illi a me multa & magna ſæpe data ſint: nunq̃ emollitus eſt: neq; humilis appuit. Erat autem & ad inquirendũ ſolers: ſubtiliſq; in oĩbus ac diligens in differendo. Vnde & Timon in ſillis ait. Et phœnicem uidi auiculã in adumbrato faſtu cunctorum auidam. Fluebat autẽ eius ſenſim ſemen: mentemq; cælo habuit minorẽ. Diligenter autẽ & accurate cũ Philone dialectico ſe exercebat: atq; una uacabat. Vnde non minori admirationi

+ Hic [illegible] refertur à Iacob Menochio De arbitr. Iudicum. centur. 3. lib. 2. casu. 28 fol. 250 à tergo. Adde [illegible] Menochio.

apud iuniorẽ Zenonẽ eſt hĩtus q̃ Diodorus præceptor eius Erant cũ ipſo & nudi quidã & ſordidi hoĩes ut ait Timon: ubi pauperũ cõgeſſit nubẽ qui oĩum erant egẽtiſſimi leuiſſimiq; ciuiũ uiri. Enĩuero geſtus ipſius ſubtriſtior grauiſq; & acer fuit. Vnde & rugabat frontẽ & ora cõtrahebat. Vili præterea ualde appatu erat: & qui barbaricã tenuitatẽ redoleret: idq; ſub prætextu frugalitatis faciebat. Si quẽ obiurgaſſet: circuncíſe id ac breuiter: neq; nimiũ: ſed ueluti ex lõgĩquo faciebat: ut exempli gratia de eo qui ſe nimio ſtudio cõponeret aliquando ait. Cũ enĩ ille uehiculũ quoddã lente ſegniterq; tranſcenderet: merito inquit ſuſpectũ hẽt lutũ: neq; enĩ ſe in illo ueluti in ſpeculo ĩtueri poteſt. Cum uero cynicus quiſpiã oleũ ſe in uaſculo nõ habere diceret: atque ab eo poſtularet: ſe minime daturum aſſeuerauit: abeuntẽ uero animaduertere iuſſit: uter eſſet ĩpudentior. Amatorie autẽ chremonidæ affectus ipſo & Cleanthe aſſidẽtibus ſurrexit: cumq; admiraretur cleanthes ait & medicos optimos audio dicentes: præclarum eſſe ad tumores quoſq; remediũ q̄etem. Duobus in cõuiuio iuxta ſe recunbentibus cum is q ſibi adiacebat inferiorem ſocium pulſaret pede: ipſe hunc pulſauit genu. Conuerſo illi quid ergo ait illum abs te pati arbitraris: qui ſub te eſt. Ad eum qui pueros amabat: neq; magiſtros habere ſenſum ait: ſi ſemper inter pueros uerſentur: neq; illos. Dicebat aũt eruditorum ſermões & ĩpfectos alexãdrinæ pecuniæ eſſe ſimiles. Nã gratos quidẽ oculis ac pictos monetæ inſtar: nihilo tamen idcirco eſſe meliores. Eos uero qui ſecus eſſent: tetradrachmis atticis aſſimilabat: temere quidẽ ac ruſtice inciſis: ſed q pictã orationem ſupañ poſſint. Ariſtõe autẽ diſcipulo nõ ſatis uaniter multa: quædã etiã temere audaciterq; differente: poſſibile nõ eſſet ĩqt ita dicere: niſi ebrius te genuiſſet pater. Vnde ipſum etiam loquacẽ appellabat. Breuis ipſe in loquendo & circunciſus. Edaci cuidã nihil obſoniorũ ſotiis interconuiuandum relĩquenti appoſitũ ingeutẽ piſcem ſuſtulit: ſoluſq; comedere

aggreſſus eſt. Cũ ille ĩ eum intueretur: quid ergo ait ſocios quotidie tolerare arbitraris: ſi tu meam edacitatẽ ferre non uales. Adoleſcẽtẽ inſtantius q̃ p ætatem cõueniret: quiddã inquirentẽ admoto ſpeculo iuſſit ĩſpicere: rogauit deĩde nũ ſibi uideretur ei faciei cõgruere tales quæſtiones. Dicente ſi bi quodã Antiſthenis ſibi cõplura minime placere adducto ĩ mediũ Sophoclis teſtimonio: rogauit num ſibi bona quæ dã etiã hr̃e uideretur. Illo ſe neſcire dicente: non piget ĩquit ſi quid ab Antiſthene male dictum ſit: hoc indagare & me moriter tenere: ſi quid uero boni negligere neq; meminiſſe uelle. Cuidã breuia eſſe philoſophorũ dicta aſſerenti: uera inqt loqueris: oportet nẽpe ſi fieri poſſit breues eſſe illorũ & ſyllabas. Dicente ſibi quodã de Polemone q alia ꝑpone ret: & alia loqueretur: ſubſtomachans quanti enĩ inqt facie bat quæ dabantur. Operepreciũ eſſe dicebat eũ qui diſputa ret in morẽ hiſtrionum uoce uiribuſq; magnũ eſſe os tamẽ aperire nõ ĩmodice: quod ii faciunt qui plurima loquũtur quidẽ: ſed ea bene dicere non poſſunt: his qui bene dicerẽt locũ minime relĩquẽdũ ueluti præclaris opificibus ad diſpi ciendum. Contra uero auditorẽ ſic eis quæ dicuntur intẽtũ eſſe oportere ut nõ uacet illi ad notas faciendas. Adoleſcen ti loq̃ciori aures inquit tuæ in lĩguã cõfluxere. Formoſo cui dã dicenti nõ uideri ſibi amaturũ ſapientẽ: nihil ait uobis formoſis eſſet ĩfœlicius. Dicebat & philoſophorũ plurĩos multis in rebus eſſe ĩſipientes: in ꝑuis fortuitiſq; ĩperitos. Adiiciebatq; Capheſii illud qui cũ aĩaduerteret quendã ex diſcipulis ĩflatũ atq; turgidũ ꝑcutiens dixit: nõ ſi magnus fueris: bonus eris: ſed ſi bonus magnus. Adoleſcẽte quodã audacius loquẽte: dicere inqnit non poſſum adoleſcẽs quæ occurunt mihi. Rhodio cuidã formoſo atq; diuiti: alias ue ro nihil idoneo cũ uellet aꝑire ad philoſophiã aditũ primo q̄dẽ ſup gradus conciſos ſedere illũ fecit: ut chlamidẽ fœda ret: poſtmodũ uero ĩ pauperũ locũ introduxit: ut ĩter pan nos eorũ uerſaretur: poſtrẽo receſſit adoleſcẽs. Nihil faſtu

libe

eſſe indecentius dicebat:idq; cũ incæteris: tum ĩ iuuenibus maxime. Monebat non circa uoces & uocabula memoriam ſed circa intelligentiã mentem exercere oportere. Vti ne ueluti lixaturã quandã aſſumamus. Conuenire maxime iuuenibus dicebat in oĩbus uti ſũma honeſtate hĩtu:ĩceſſu:amictu:hẽbatq; ſemper in ore Euripidis de napeo uerſus: ꝙ opes quidẽ illi fuerint:ſed opibus elatus non inceſſerit: neq; plus faſtus habuerit q̃ egens uir. Dicebat ad pceptõnẽ diſciplinarũ nihil eſſe alienius poetica:nulliuſq; nos rei maiorẽ inopiã perpeti q̃ tẽporis. Interrogatus quis eſſet amicus: alter inquit ego. Seruũ in furto ut aiũt deprehenſũ uerberabat:cunq; ille diceret:fatale mihi erat furari;& cædi inquit. Pulchritudinẽ dixit uocis florem eſſe:alii uero pulchritudinis uocẽ. Cum familiarium cuiuſdã puulum liuentẽ aſpexiſſet:uideo inquit ad illũ tui furoris ueſtigia. Cuidã ũguẽtis delibuto quis ait mulierẽ olet. Dionyſio cuidã quærenti cur ſe ſolum non corrigeret:quia inquit tibi minus credo. Inepta plurima loquenti adoleſcentulo idcirco inquit aures hẽmus duas & os unũ:ut plura audiamus:loq̃mur pauca. In conuiuio tacitus ſedebat:percontanti cauſam : nũtia inquit regi adeſſe quendã qui tacere ſciat. Qui autẽ interrogabant legati a Ptolemæo aduenerant:& diſcere cupiebant quid de illo regi nunciarent. Interrogatus quonã eſſet aĩo aduerſus maledicta:dixit ueluti ſi legatus abſq; reſpõſo remittatur. Refert Apollonius tyrius ꝙ cum Crates eum per palliũ a ſtilpone retraheret:dixerit o Crates aptiſſĩa philoſophorum captura eſt quæ fit p aures: perſuadẽs igitur trahe:quod ſi p uĩ egeris:corpus quidẽ apud te:ſed animus apud ſtilponẽ erit. Verſatũ illũ & cum Diodoro Hippobtus auctor ẽ:penes quẽ & dialecticæ ſtuduit. Iã uero proficiens atq; ꝓuectus Polemonis frequẽtabat auditoriũ calcãdi faſtus cã. Deniq; illũ dixiſſe ferunt. Non latet nos Zeno te p orti ianuas irripere furariq; dogmata : eaq; phœnicum tibi more circũdare. Fertur cum dialecticus ſibi ſeptem ſpecies

Septimus

dialectices διερίζοντι in ſermone demonſtraſſet: īterrogaſ ſe quidnā ſibi mercedis dari uellet: poſcentiq; centū ducen tos dediſſe: tāto diſcendi amore tenebatur. Aiunt illum pri mum καθηκον .i. officium uocaſſe: librūq; de illo ſcripſiſſe Heſiodi itē uerſus mutare ſolitū in hanc ſententiā. Optīus ille quidē qui paret rite dicenti. Clarus & ille quidē eſt qui ipſe cuncta dinoſcit. Præſtātiorē enī eū eſſe qui bene quod dicitur audire poſſit atq; eo uti: q̄ qui p ſeipſum omnia aſ ſequitur: huic enī ſolā adeſſe intelligentiā: qui uero obtem peret ineſſe præterea & actū. Rogatus cur ſeuerus cū eſſet: in cōuiuio tamen hilareſceret. & lupini ait cū ſint amari: p fuſi tamen aqua dulceſcunt. Porro Hecaton ſcribit in .ii. chriarum eiuſmodi conſortia nō libenter admittere ſolitū: ac dicere melius eſſe pedibus q̄ lingua labi: bene paulatī fie ri nō tamen parum eſſe. hoc alii Socratis dicunt. Erat autē patientiſſimus & ſimpliciſſimi uictus: crudiſq; tantū cibis utebatur: & tenui pallio: ita ut de illo diceretur: q eū neque ſæua hiems: nec gelidus imber: non dura uis morbi domue rit: neq; torridus ſol: non ut his quæ uulgo placent rapetur ſed ſtudiis altis: quibus ſolis ītentus uigilaret die noctuq;. Comici tamen īprudentes hūc dū uituperant laudant. Nā q; Philemon ſic comœdia philoſophis ait panis caricæ ob ſonio: & potui aqua philoſophiæ nouū hoc inuexit genus. Eſuriē docet: & diſcipulos capit. Alii Poſidippum putant. Iā uero ferme & in puerbium tranſiit: dicebatur deniq; in ipſo philoſopho cōtinentior Zenone: Sed & poſidippus ī tranſlatis itaq; diebus decē Zenone cōtinentius. Re eni ue ra oēs tranſcendebat ea ſpecie & honeſtate magnaq; fœlici tate. Quippe nonageſimo octauo ætatis ſuæ anno uita ex ceſſit īcolumis atq; integer ac ſine morbo. Perſæus autē in ſcholis moralibus ſeptuagīta duorū ānorū migraſſe tradit ex uita. Athenas quippe cōceſſiſſe ætatis āno. xxii. Quīqua gīta uero & octo ānos ſcholæ præfuiſſe Apollonius auctor eſt. Sic autē obiit. Cū abiret e ſchola offendit digitumque

pfregit. Manu uero terrã feriens dixit illud ex niobe uenio: quid me uocas: cõtinuoq; ſe ſtrangulans interiit. Athenienſes autẽ illũ in ceramico ſepelierunt: decretiſq; ut prædiximus honorauerunt: uirtutis illi teſtimonium reddentes. Diximus queadmodum mortuus eſt Zeno: & nos ĩ pametro hoc modo.

Citticus hic patriæ Zeno gratus adiuit olimpum.
  Non ope feſſa ſua pelion oſſa tulit.
Herculis & numerum certamina dura ſubiuit.
  In cælum inuenit dulce modeſtus iter.

Et Antipatrus ſidonius ſic fecit.

Citticus extinctus Zeno: longa ætate ſolutum
  Fama refert: aliis ſed periiſſe fame.
Alter q̃ terram feriens: quid me petis? ultro
  Vado ego: ſunt hæc de funere nota ſuo.

Zenodotus ſtoicus Zenonis diſcipulus aliud ſic fecit.

Tu Zeno diuitiis uoluiſti uiuere ſpretis:
  Quod tibi ſat tempora crura gerens.
Pugnaſti ingenio: inueniſti maſcula uerba:
  Et tibi libertas dulcis amica fuit.
Si phœnix patria eſt Cadmo quo græcia ſeruat
  Scripturam tabulam quæſo quid inuidiæ.

Communiter autem de omnibus ſtoicis Athenæus epigrãmatum ſcriptor ſic dixit.

Stoicidæ menti ſolum æui fertis honeſtum
  O q̃ dogma bonum ueſtra tabella tenet.
Hoc etenim ſolum uita eſt ſeruata uirorum
  Mœnia & hoſtilia tuta fuere manu.
Meta uiris aliis dulcis ſit paſſio carnis
  Vna uiris dixit filia mnemoſines.

Refert Demetrius magneſius in æquiuocis Mnaſeã huius patrẽ ſæpe q̃ppe mercatorẽ athenas aduentãtẽ cõplures ſocraticos libros Zenoni adhuc puero inde aduexiſſe. Iamq; tũc ĩ p̃ria philoſophiæ deſiderio flagrãtẽ athenas precxiſſe.

Cratiq; congreſſũ eſſe. Videtur autẽ ĩqt & ipſe circa negatõ nes errãtiũ finem ſtatuiſſe. Sed & p cappari fertur deieraſſe ſicuti & Socrates p canem. Quidã tamen ex qbus eſt Caſſi us ſceptius ĩ pluris Zenonẽ accuſãt. Primo quidem cur di ſciplĩas liberales ĩutiles denunciet ĩ prĩcipio ſuæ reip. Secũ do cur inimicos & hoſtes & ſeruos & alienos ſibi ĩuicẽ dicat oẽs q ꝓbitati nõ ſtudeãt: & pentes filiorũ & fratres fratrũ & ꝓpĩquos ꝓpĩquorũ. Rurſuſq; in repu. cõmendat ciues & amicos & ꝓpĩquos ac liberos ſolos eſſe q ſint ſtudioſi. Stoicis itaq; pentes ac liberi inimici ſunt: nõ enĩ ſunt ſapiẽ tes: uxoreſq; cões itidẽ ĩ repu. ſtatuat: ac ſecũdũ ducẽtos ne q; ſacra neq; iudicia: neq; gymnaſia ĩ urbibus cõſtrui pmit tat: atq; ita de moneta ſcribat. Nũmũ uero neq; cõmutãdi gratia neq; pegrinatõis cã pari arbitrandũ eſt: eandemq; ue ſtem uiros ac mulieres ĩbui præcipiat: nullãq; corporis nu dare ptem. Porro hanc eius eſſe rempu. & Chryſippus in li bro de repu. ſcribit. de amatoriis item diſſeruit in principio libri q inſcribitur ars amatoria. Similia identidem ſcribit ĩ diatribis. Huiuſmodi quædã ſunt apud Caſſiũ: itẽq; apud Heſiodũ rhetorem pgamenũ q etiã abſciſſa ex libris quæ male ſentirent ac dicereut ſtoici tradit ab Athenodoro ſtoi co cuſtode bibliotecæ pgameneæ: deinde re ĩſerta eſſe depre henſo ac piclitante Athenodoro. hactenus de his. Fuerunt autem octo Zenones. Primus eleates de quo dicemus. Se cundus hic ipſe. Tertius rhodius q locorũ ſcripſit hiſtoriã. Quartus hiſtoricus q Pyrrhi in italia geſta conſcripſit: epi tomenq; romanarũ & carthaginenſium rerum. Quintus Chryſippi diſcipulus: qui libros quidem ſcripſit ppaucos: ſed cõplures diſcipulos reliqt. Sextus medicus herophileus ĩtelligentiæ acumĩe potius q̃ ſcriptura mirabilis. Septimus grãmaticus cuius ĩter cætera etiã epigrãmata ferũtur. Octa uus ſidonius genere philoſophus epicureus ſenſu & elocu tõe clarus atq; aptus. Zenonis uero diſcipuli fuere q̃plures hi tamen nobiliores Perſeus Demetrii filius cittieus. Hunc

liber

alii qdē neceſſariū:alii uero famulū illius tradūt: unūq; ex
his q ad ſcribendos libros miſſi ſibi ab Antigono fuerāt:cu
ius & filii alcyonei nutritor fuerit. Eius igitur expimētū cū
aliquando cape Antigonus uellet: falſo ſibi nunciari fecit
prædia ſua ab hoſtibus fuiſſe direpta:& cū triſtior effectus
eſſet:uides inqt diuitias non eſſe indifferentes.Feruntur e-
ius iſta uolumia.De r̄gno laconica reſpu.de nuptiis.de īpi
etate Thyeſtes.de amoribus.Exhortatorii διατριβῶν χρει-
ων. iiii.Cōmentaria ī platōis leges.vii. Ariſto miltiades chi
us q ἀδιαφορίαν īdifferentiā inuexit.Herillus calcedonius
q finē dixit eſſe ſcientiā.Dionyſius q ī uoluptatē trāſtulit:
Nā ob uehementē lippitudinem piguit iā dolorem dicere ī
differentē.Fuit autem Heracleotes phaerus boſphoranus.
Cleanthes phanii filius aſius qui illi ī ſcholæ ſucceſſit regi-
mīe.Hunc ille cereis durioribus tabulis cōpar̄ ſolebat: quæ
uix quidē & cum difficultate ſcribuntur: ſed quæ inſcripta
fuerint ſeruāt diutius.Porro ſphaerus poſt Zenonis mor-
tē Cleanthis item auditor fuit:dicemuſq; de illo cū ad Cleā
them uenerimus.Erāt autem & iſti diſcipuli Zenonis: ut
Hippobotus ait:Athenodorus ſolenſis Philonides theba-
nus Calippus corīthius Poſſidonius alexādrinus Zeno ſi-
donius.Cōiter uero de dogmatibus ſtoicis oībus in Zeno-
nis uita mihi dicēdum putaui:ꝙ is eius ſectæ autor fuerit.
Sunt qdem eius & quos prædiximus libri in qbus ita locu-
tus eſt ut ſtoicorum nemo.Porro dogmata ſiue decreta ſūt
iſta cōiter.Dicemus autē ſummatī: ut in aliis cōſueuimus
facere.Triptitā eſſe dicunt philoſophiæ rationē: aliā qppe
phyſicen:ethicen aliā:tertiā logicen dici.Sic autē primus di
uiſit Zeno cittieus in libro de oratōe: Chryſippuſq; ī prīo
de oratōe:atq; in prīo phyſicorum:Apollodorus item ephi
lus in prīo introductionum ad dogmata: Eudroniuſq; in
morali īſtitutōe:Diogeneſq; babylonius poſſidonius.Has
uero ptis apollodorus qdem locos uocat: Chryſippus uero
atq; Eudronius ſpecies:alii genera.Enīuero philoſophiam

aĩanti ſimilẽ dicunt:oſſibus ac neruis logicen:carnibus ethi
cen:animæ phyſicen aſſimilãtes. Siue rurſus ouo:eſſe qp-
pe oui ſupficiem logicen: ſequentia ethicen:intima & peni
tus abſtruſa phyſicen:ſeu agro frugifero:quippe circũiectã
ſepẽ logicen:fructũ ethicen:humum ſiue arbores phyſicen
Siue ciuitati muris optĩs ſeptæ ratiõabiliterq; admĩſtratæ.
Neutrã uero ptẽ præferri alteri:ſicut quidã eorum mixtas
arbitrantur;eaſq; cõfuſe ac pmixte tradunt. Alii uero logi-
cen primã:ſecundã phyſicen:tertiã ethicen ſtatuunt. Ex q-
bus eſt Zeno in libro de oratione & chryſippus & archide-
mus & eudronius. Ptolemacenſis uero Diogenes ab ethicis
ĩchoat. Apollodorus autẽ ethicã ſecundo in loco cõſtituit.
Porro Panætius & Poſſidonius a phyſicis initia ſumũt: ut
phanius inquit poſſidonii neceſſarius in prĩcipio poſſido-
nii q de ſcholis inſcribitur. Cæterum cleanthes ſex philoſo-
phiæ ptes ait:dialecticã:oratoriã:moralẽ:ciuilẽ: naturalem
theologicã. Alii has ptis nõ ratõis uerũ philoſophiæ ipſius
tradunt:ut zeno tarſenſis. At logicã ptem in binas diſcipli
nas diuidi pleriq; autumant:rhetoricã atq; dialecticã. Qui
dã uero & indiffinitã ſpeciem quæ de regulis eſt atq; iudici
is. Alii diffinitã ipſam diuidunt:nã de regulis atq; iudiciis
ptem aſſumunt ad inueniendã ueritatẽ:in ipſa enĩ phanta
ſiarũ differentias dirigunt. Eandẽ itidẽ diffinitiuã ad agni-
tionẽ ueritatis qppe p notiones res accipiuntur. Porro rhe-
toricen quæ ars eſt bene dicendi circa orationẽ ad pſuaden-
dũ idoneã. Dialecticã uero recte diſſerẽdi ſcientiã circa ora-
tionẽ quæ ĩ ĩterrogatõe & reſpõſione cõſiſtit:uerſari dicũt.
Quocirca ipſam ita diffiniunt:ſcientiã ueri falſiq; & neutri
us:ac rhetoricen qdem ipſam triptitam eſſe dicunt:aliã qp
pe deliberatiuã:aliam iudicialem:tertiam demonſtratiuã.
Diuidi autem in inuentionẽ & elocutionẽ diſpoſitionem &
actionẽ:Orationẽ autem rhetoricam ĩ exordiũ & narratio-
nem & cõfutationẽ & epilogũ:Cæterum dialecticam diuidi
ĩ figurã eorum quæ ſignificantur:& uocis locũ:& locũ qdẽ

eorũ quæ ſignificantur diuidi in figurã eorũ quæq; fingun
tur:atq; eis quæ ſubſiſtunt:ex iis enunciatõibus atq; ex ſe
ꝑfectis & prædicamẽtis & ſimilibus rectiſq; atq; ſupinis ge
neribus atq; ſpẽbus:ſimiliter & ex oratiõibus & modis atq;
ſyllogiſmis.ex eis itẽ quæ præter uocẽ & res ſunt ſophiſma
tibus:ut ſunt ſermones falſi atq; ueri & negantes ſoritaſq;
& his ſimiles deficientes & ãbigui & cõcludentes & obſcuri
cornuti & utides nihil ĩportãtes metẽtes.Eſſe autẽ dialecti-
cæ locũ ꝓpriũ quẽ prædixĩus de uoce ipſa:ĩ quo oſtenditur
littera uox & quædã orationis ꝑtes:ac de ſoloeciſmo & bar
bariſmo & poematibus & ãphiboliis:& de cãora uoce & de
muſica & de termĩs ſecundum quoſdã diuiſionibuſq; & di
ctionibus.Aiunt autẽ utiliſſimã eſſe ſyllociſmorũ intelligẽ
tiã ac ſubtilitatẽ: qppe demõſtratiuũ oſtẽdere:idq; multũ
ad emendationẽ dogmatũ cõferre:ordinẽq; & memoriã do
ctũ aſſumptũ iudicare: eſſe autẽ hanc orationẽ & ad cogen
dũ & ad cõcludendũ idoneã: porro ſyllogiſmũ orationem
ratiocinantẽ ex his cõſtare demõſtrationẽ oratõem eſſe per
ea quæ magis cõprehenduntur id quod minus cõprehendi
tur de oĩbus colligentẽ:phantaſiã uero ĩpreſſã in aĩo nõis ſi
gnrã ꝓprie trãſlatia figuris quæ ĩ cæra ꝑ anulũ fiunt. Verũ
phantaſiã aliã eſſe cõprehendere:aliã uero cõprehenderẽ nõ
poſſe: cõprehendere quidem eã quã rerum eſſe iudiciũ di-
cunt:quæ fiat ab exiſtente ſecundũ ipſum exiſtens inſigni
tã atq; ĩpreſſam altius:nõ cõprehendi uero eã quæ aut non
ab exiſtente:aut ab exiſtente quidem nõ autem ſecudũ ip-
ſum exiſtens ꝓficiſcatur.Ipſã uero dialecticã eſſe neceſſari
am:uirtutemq; ĩ ſpecie uirtutes cõtinẽtem ἀπροπτωσίαν
ſcientiã.ſ.qua docemur quando cõſentire oporteat:& quã
do retinere cõſenſũ.Porro ἀνεικαιότητα orationẽ ad id qđ
decet:ne ĩptinenti argumẽto cedamus: itidem ἀνελεγξίαν
quã dicunt uim eſſe orationis ne ab ipſa in contrarium ab-
ducamur:quam autem appellant ἀματαιότητα habitum
eſſe aduerſus futile argumentũ:ĩtellectum ad rectã rationẽ

referentem:Ipſamq; ſcientiā dicunt aut certā cōprehenſio
nem ſiue hītum in intellectuum ſuſceptione nihil a ratiōe
deuiantem. Cæterum abſq; dialecticæ ſpeculatione ſapien/
tē in oratione ſine lapſu nō futurū. Quippe ex illa dinoſci
uerum atq; falſum ,pbabileq; & quod ābigue dicatur intel
ligi. Ea remota fas non eſſe rite interrogare atq; reſponder̄:
ſed ptingere eā quæ in negationibus eſt temeritatem: ad ea
etiam quæ fiunt adeo ut in abſurditatem ac uanitatem uer
tantur qui phantaſias minime exercitatas habent. Neq; ali
ter acutum & ingenioſum cautumq; oīo in dicendo & fore
& uiſum iri ſapiētē. Eiuſdem enim eſſe recte & loqui recte
q; cogitare: eiuſdemq; ad ea quæ proponantur diſſerere: &
ad ea quæ interrogantur reſpōdere: quæ ſint omnia uiri dia
lecticæ piti. Hæc igitur in eis quæ ratione colliguntur ſum
matī illis uiſa ſunt: atq; ut etiā pticularia non omittamus:
& iſta quæ ſecundū illos ad inſtitutōis artē tendunt adiicia
mus: q̄ ipſa ad uerbū diocles magneſius ī excurſiōe philoſo
phorū ponit dicens ita. Placet ſtoicis orationē de intellectu
ac ſenſu præponere in ordīe ueluti iudiciū quoddā quo re/
rum ueritas noſcitur ſecūdū genus phantaſia eſt: & ſecūdū
quod oratio de conſenſione & cōprehenſione & intelligētia
præcedens. Cætera non abſq; phantaſia conſtāt: ea quippe
præcidit. Deinde mens cuius officium ſit enunciare quod a
phantaſia patitur exprimit uerbo. Differt autem phātaſia
a phantaſmate: phantaſma enī uiſum animi eſt cuiuſmōi
in ſomniis fit: phantaſia uero eſt formæ in aīo īpreſſio .i.
imitatio: ſicut Chryſippus ī. xii. cōmendat. Neq; enī ſuſci/
piendum eſt formationē huiuſmodi eſſe ueluti ſigilli for/
mam. Nam poſſibile non eſt figuras plurimas eodem in lo
co ſimul fieri. Intelligitur autem phantaſia ea eſſe quæ ab
exiſtente ſecundum exiſtens impreſſa formata atq; inſigni
ta eſt: qualis profecto non fieret a non exiſtente. Enimuero
phantaſiarum iuxta illos aliæ ſenſibiles ſunt: aliæ nōn. Sē/
ſibiles quidem quæ per ſenſus ſiue ſenſum accipiuntur.

liber

Non ſenſibiles autem illæ ſunt quæ ꝑcipiuntur aĩo ueluti
incorporalium rerum:& eorum quæ ratione tantũ accipiũ
tur. Porro ſenſibiles ab his quæ exiſtunt cum ceſſione & cõ
ſenſione fiunt. Sunt autẽ phãtaſiarũ etiam euidentiæ quæ
ab exiſtentibus rebus quomodo libet fiunt. Præterea phãta
ſiarum aliæ ſunt rationales:aliæ irrationales:ratõnales qui
dem rationalium animaliũ:irrationales irrationalium ſũt.
Rationales igitur intelligentiæ ſunt:irrationales nomen ha
ctenus non habent. Et aliæ quidem artificiales ſunt:aliæ au
tẽ in artẽ non cadunt:aliter quidẽ ab artifice ſpectatur ima
go:aliter ab artis īperito. At uero ſenſus ſecundũ ſtoicos di
citur ſpiritus a principali ad ſenſum ꝑtingens & quæ per il
los fit cõprehenſio:ſenſuumq; ipſorũ opificum ſecundum
quod pleriq; fiunt debiles: Actioq; ipſa ſenſus appellatur.
Cæterum cõprehenſio ſecundum illos fit ſenſu quidẽ:ut al
bi & nigri lenis & aſperi. Ratione uero eorum quæ ex demõ
ſtratione colliguntur:puta deos eſſe: eoſq; humanis rebus
ꝓuidere: Nam quæ intelliguntur ꝑtim ꝑ īcidentiã: partim
per ſimilitudinem:alia per rationem:alia per cõpoſitionẽ:
quædam ꝑ contrarietatem intellecta & animaduerſa ſunt.
Per incidentiã quidem ſenſibilia intellecta ſunt:per ſimili-
tudinem uero quæ ab adiacẽte aliqua re:ut ſocrates ex ima
gine:per rationem autem ex incremento quidẽ ut titius ac
cyclops:ex detrimento autem ut pygmæus. Sed ad cẽtrum
terræ ex ꝓportione intellectũ eſt a minoribus orbibus. Per
tranſlationem uero ut in pectore oculi: per cõpoſitionẽ au
tem hippocentaurus intelligitur:& ꝑ aduerſatõnem mors.
Nõnulla item ꝑ tranſitionem intelliguntur: ut quæ dicta
ſunt & locus. Naturaliter autem iuſtũ quidpiã & bonũ no
ſcitur & per priuationẽ ut mãcus. Hæc ſunt quæ illi de phã
taſia & ſenſu & intelligentia tradunt decreta. Aſtruunt ue-
ritatis eſſe iudiciũ cõprehenſibilem phantaſiã eam .ſ. quæ
ab exiſtente ꝓficiſcitur:ut Chryſippus in .xii. phyſicorũ tra
dit: & Antipater & Apollodorus. Nã boetus quidã cõplura

iudicia reliquit mentem ſenſum appetitionem & ſcientiã.
Sed enim Chryſippus ab illo diſſentiens in primo de oratione iudicium dicit eſſe ſenſum & anticipationẽ. Eſt autem anticipatio naturalis intelligẽtia earum rerum quæ uniuerſaliter ſunt. Alii uero quidam ex antiquioribus ſtoicis rectã rationem iudicium tradunt: ut Poſſidonius ait in libro de iudicio. Vetum enĩ dialecticæ ſpeculationis concorditer uidetur plurimis incipienda a uocis loco diſputatio. Eſt autẽ uox aer ictus ſiue auditus ſenſibile proprium ut ait Diogenes babylonius in arte quam de uoce ſcripſit. Animalis quidem uox eſt aer ex impetu percuſſus: hominis autem uox ẽ articulata uox: & quæ ex mẽte proficiſcitur: ut ait diogenes: quæ a .xiiii. ætatis anno conſumatur. Sed & corpus eſt uox ſecundum ſtoicos: ut ait Archademus in libro deuoce: & diogenes & antipater & chryſippus in .ii. naturalium. Omne enim quod facit aliquid corpus eſt: facit autem uox quæ a loquentibus ad auditores pertendit. Dictio autem ſecundũ ſtoicos ut diogenes ait: uox litterata eſt: ut dies eſt. Oratio autem uox ſignificatiua quæ ex mẽte proficiſcitur. Loquutio eſt dictio expreſſa iuxta gentium uarietatem: ut græce ημέρα: latine dies. Dictionis uero elementa .xxiiii. litteræ ſunt apud græcos. Dicitur autem littera tripliciter elementum ſcilicet figura & nomen: puta .a. Porro quinque ſunt uocalia elementa .ſ. a. e. i. o. u. Mutæ ſex .b. c. d. g. p. t. Differt autem uox a dictione. Nam uox quidem & ſonus eſt: fit enim dictio nihil ſignificans: ut blytiri: non ſic autem oratio. Differunt item dicere ac pronunciare. Nam proferuntur uoces: dicuntur autem res quæ dici poſſunt. Orationis uero quinque ſunt partes. ut ait Diogenes in libro de uoce: Chryſippuſque: nomen: appellatio: uerbum: coiunctio: articulus. Antipater medium adiecit in libris de dictione & de his quæ dicuntur. Eſt autem appellatio ſecundum Diogenem pars oratõis ſignificans cõem qualitatẽ: utputa hõ equus. Nomen uero eſt pars orationis ſignificans ꝓpriã

liber

qualitatẽ ut puta diogenes ſocrates. Verbum eſt ps oratõis
ſignificans incõpoſitũ prædicatum ut diogenes: uel ſicut q
dã uolunt elementum orationis ſine caſu ſignificans aliqd
conſtructũ de aliquo uel aliquibus ut lego ſcribo. Cõiũctio
autẽ ps oratõis eſt ſine caſu connectens oratõis ptes. Porro
articulus elementũ eſt oratõis caſuale diſtinguens nominũ
genera & numeros: ut hic hõ hæ arbores. Virtutes oratiõis
qnq; ſunt græcitas euidentia breuitas decentia cõpoſitio.
Eſt igitur græcitas recta ſecundũ artẽ locutio uulgarẽ cõſue
tudinẽ penitus repudians. Euidentia eſt dictio nota mentis
ĩterpres qua id quod ĩtelligimus apte loqmur. Breuitas eſt
dictio ipſa tantũ quæ ſunt neceſſaria cõtinens ad ſignifica-
tionẽ rei quã molimur. Decentia dictio eſt cuiq; rei ꝓprie ac
cõmodata. Cõpoſitio dictio eſt qua ruſticitas in dicendo de
uitatur. Porro ex uitiis barbariſmus dictio eſt præter cõſue
tudinem fœlicium græcorũ. Soloeciſmus autem eſt oratio
incõgrue conſtructa. Poema itẽ eſt ut ait Poſſidonius in ea
ĩtroductione quã de dictione ſcripſit. Dictio numeroſa ſeu
metrica ſiue aptiſſime iuncta atq; opoſæ orationis ſpeciem
excedens: ut maxĩa tellus & Iouis æther. Poeſis autẽ ſignifi
catiuũ eſt poema diuinarũ humanarumq; rerum imitatio
nẽ cõplectens. Diffinitio eſt ut ait Antipater in prĩo de dif
finitionibus oratio p ſolutõnẽ pficiendo enunciata: ſiue ut
Chryſippus ait in libro de diffinitõnibus aſſignatio. Deſcri
ptio autẽ oratio eſt figurate ad res inducens: ſiue diffinitio
diffinitionis uĩ ſimplicius & liqdius exprimens. Genus eſt
plurium ac manentiũ notionum cõceptio: ut cũ dico aĩal:
hoc enĩ cuncta p ſpecies cõprehendit aĩalia. Intelligentia ẽ
phantaſma mentis neq; aliqd exiſtens: neq; aliqd faciens:
ſed ueluti aliquid exiſtens: & ueluti aliquid faciens: utputa
cum cogitatur equus etiã non præſens. Species eſt quæ ſub
genere continetur: ſicuti ſub animalis nomĩe cõtinetur ho
mo. Eſt autẽ maxime generalis quæ cũ ſit genus: genus nõ
habet. Eſt ꝓpria maxĩe quæ cũ ſit ſpecies nõ habet ſpeciem

ſicuti Socrates.Eſt autē generis diuiſio ſciſſio in cōtinentes
ſpecies :puta animaliū ſunt alia ratiōalia:alia irrationalia.
Cōtraria diuiſio eſt generis in ſpeciē ſciſſio p cōtrariū:uelut
p negationē:ut entiū quædā ſunt bona: quædā uero nō bo
bona.Subdiuiſio eſt diuiſio ſub diuiſione:ut illud exiſtēti
um alia bona ſunt:alia nō bona: eorū autē quæ bona non
ſunt:alia mala ſunt:alia indifferentia. Partitio autē eſt ge/
neris in locos ordinatio:ut Crinis ait:puta bonorum alia q
dē circa aīum:alia circa corpus ſūt. Amphibologia dictio ē
duas aut plures res ſignificans p orationē ac ꝓprie & ſecun
dū eandē cōſuetudinē ut plura ſimul in eadē dictōe capian
tur:ueluti cū dicimus αυλητρισ cecidit: ſignificatur enim
eadē uoce nunc aliqd tale:aula ter cecidit:& nunc tale:tibi/
cina cecidit:incertū enī eſt de muliere an de domo dicamus
Dialectica eſt ut ait Poſſidonius uerorū falſorūq; neutro/
rūq; ſcientia.Verſatur autē ipſa ut Chryſippus ait circa ſi/
gnificantia & ſignificata.Hæc igitur atq; huiuſmodi ſtoici
de ſpeculatōe uocis diſſerunt.Porro ī loco q de rebus ſigni/
ficatis eſt cōſtruitur oratio:de his que dici poſſunt & perfe/
ctis enunciatis ac ſyllogiſmis:itēq; de deficientibus & prædi
camentis rectiſq; ac ſupinis.Aiunt autē illud dici poſſe: qđ
ſecundū rationalē ſubſiſtat phātaſiā.Eorū uero alia dicūt
eſſe pfecta:alia deficientia:ac deficientia quidē ſunt quæ īp
fectā habent enunciationē : ut cū dicimus ſcribit quæritur
enī quis.Perfecta uero ſunt quæ plenā habent enuntiatio/
nē:ueluti cū dicimus Socrates ſcribit. Itaq; deficientibus q
dē prædicamenta:pfectis uero enunciata ſyllogiſmis īterro
gatōes reſpōſioneſq; applicantur.Eſt autē prædicatū quod
de aliquo enunciatur:aut res de aliquo aliqbuſue cōpoſita
ut Apollodorus ait ſiue dicēdū deficiens cōſtructū recto ca
ſu ad enunciati generationem . Prædicatorum autem alia
quidem ſunt accidentia ut nauigare p ſcopulos atque alia
quidem prædicata recta ſunt:alia ſupīa:alia neutra. Recta
quidē ſunt quæ cōſtruuntur cū aliquo ex caſibus obliquis

ad prædicati generationē ut eſt audit uidet loquitur. Supīa uero ſunt quæ cū pticula paſſiua cōſtruuntur: ut ē audior uideor. Neutra ſunt quæ neutro ſe habent mō: ut eſt ſape ābulare. Reciproca ī agendo & patiendo uero ſunt: que ī ſupinis ſupina nō ſunt. Sunt autē actōes cuiuſmodi eſt tōdetur ſe enī q tōdetur cōplectitur. Obliqui uero caſus ſunt genitiuus: datiuus: accuſatiuus: ablatiuus. Enunciatū uero id eſt quod aut uerū aut falſum eſt: aut pfecta res negans q̄ntum in ſeipſa: ut chryſippus in dialecticis diffinitōibus dixit. Enunciatū eſt aut negans aut affirmans quātū ī ſeipſo puta dies eſt: plato ābulat. Appellatū autem eſt græce ἀξίωμα quod affirmet uel neget. nā qui dicit dies eſt: uidetur affirmare diē eſſe: ſi enī dies ſit: uerū eſt quod ꝓponitur enūciatum: ſi uero non falſum. Differt autē enunciatum & interrogatio & pcōtatio & īpatiuum & iurans & ſubſtantiuū & appellatiuū & rē enunciato ſimilē. Enunciatum quippe eſt quod dicentes edicimus: id autem uerū aut falſum ē. Interrogatio res eſt pfecta quidē ſicut enūciatum: ſed quæ reſpōſionem requirat: ut eſt an dies eſt: hoc neq; uerum neq; falſum eſt. Itaq; dum dicimus dies eſt enunciatum eſt: dū uero dicimus putas dies eſt interrogatio. Percontatio uero res eſt ad quā ſignanter reſpondere nō poſſumus: ita ſicut in īterrogatōe: ſed dicere in hoc loco hītat. Impatiuum aūt res eſt quā dicentes īperamus: ut eſt illud: ad Inachi fluēta uade. Iurans eſt res quā ſi dicat quiſpiā profecto: ut illud ē apud Homerum ἀτρείδη κύδιϛε ἄναξ ἀνδρῶν ἀγαμέμνων. Eſt autē ſimile pronunciato id quod enūcianti prolationem habens ex quadam parte pleonaſmos ſeu uitium extra genus enunciatorum cadit: ut illud: pulcherque thalamus quam priamidibus ſimilis bubulcus. Eſt & ambigua res quædam ab enunciato differens: quam ſi dicat qſpiam ambigat. Ergo ne ſimile aliquid eſt dolor atque uita. Neque enim ueræ neque falſæ ſunt interogationes & percontationes & his ſimilia. Cum pronunciata aut uera ſunt

aut falſa.Enũciatorũ alia ſimplicia ſunt:alia nõ ſimplicia:
ut ait chryſippus & archedemus & athenodorus & ãtipater
& crinis.Sĩplicia quidẽ ſunt quæ cõſtant ex enũciato nõ ã/
biguo:uel ex enũciatis ueluti dies eſt. Nõ ſimplicia autem
ſunt quæ cõſtãt ex enunciato ambiguo: uel ex enunciatis:
ex enunciato qdẽ ãbiguo ueluti ſi dies eſt:ex enũciatis uero
ſi dies eſt lux eſt.In ſimplicibus uero ꝓnunciatis eſt & enũ/
ciatiuũ & negatiuũ & priuatiuũ & prædicatiuũ & infinitũ.
In his autẽ quæ ſimplicia non ſunt:eſt cõnexũ & ſolutũ &
ĩplicitũ & diſiunctũ & cauſale & quod explicat id quod ma
ius eſt:quodq; id quod minus eſt:& ꝓnunciati ut puta nõ
dies eſt. Eſt aũt huius ſpẽs q̃ ſuꝑenunciatiua dicitur:ea ue
ro eſt enunciatiui enunciatiuũ:ut nõ dies ẽ:ponit autẽ dies
eſt.Negatiuũ uero eſt quod cõſtat ex negatiua ꝑticula & pr̃
dicato:utputa nullus amat nullus ãbulat. Priuatiuũ uero
genus eſt ex priuãte ꝑticula & enunciato cõſiſtens ſecundũ
uĩ:ut ĩhumanus eſt hic.Prædicatiuũ autẽ eſt quod conſtat
ex recto caſu & prædicato:ut hic ãbulat. Indiffinitum ẽ qđ
ex indiffinita ꝑticula:ſiue ex ĩdiffinitis ꝑticulis cõſtat:ut qs
ãbulat ille mouetur.Porro non ſimplicium enunciatorum
cõiunctum qdẽ eſt:ut Chryſippus ĩ dialecticis & Diogenes
in arte dialecticæ tradunt:quod cõſtat ꝑ ſi cõiunctionẽ con
iunctiuã.Pollicetur autẽ iſta cõiunctio ſecundum ſeq poſt
primũ:ut ſi dies eſt lux eſt.Adiunctum uero eſt ut Crinis
ait ĩ arte dialectica:enunciatum quod a coniunctõe quoni
am dependet ĩcipiens a ꝓnunciato & in enunciatum deſi/
nens:puta quoniã dies eſt lux eſt. Spondet autẽ cõiunctio
iſta ſecundum itẽ ſequi poſt primum primumq; ſubſiſter̃.
Cõplexum uero enunciatum eſt quod cõplexiuis qbuſdã
coniunctionibus conſtat:ut & dies eſt & lux eſt.Diſiunctũ
autẽ eſt quod ſiue coniunctio diſiuncta diſiungit : ut ſiue
ſiue dies eſt ſiue nox eſt. Denunciat autem iſta coniunctio
alterum enunciatum falſum eſſe. Cauſale autem eſt e/
nunciatum quod per quia connectitur : puta quia dies eſt

liber

atque deũ: iõque ea cõgruẽtia cõſtare oĩa. amicitiã itidẽ eẽ æq̃bilẽ cõgruẽtiã: honores diis exhibendos: heroas itẽ haud tamen æquo honore deducendos. Cæteꝝ diis ſemp qdẽ cũ laudibus amictuq; cãdido & caſto corpore honores adhibẽdos. Heroibus uero ex dimidio diei. eã uero mũditiã expiatiõibus lauacriſq; atq; aſpginibus fieri uacãdo a funere & cubili & ĩqnamẽto oĩ: morticiniiſq; abſtinẽdo & carnibus: trigliſq; ac ſepiis: ouiſq;: & q̃ ex ouis naſcũtur aĩalibus: fabis quoq; & cæteris q̃ ii monẽt. q quidẽ ĩ tẽplis myſteria rituſq; cõſumãt. Ait autẽ ariſtoteles ĩ libro de fabis iõ admonuiſſe illũ fabis abſtinẽdũ ſiue quod pudẽdis ſimiles ſũt: ſiue ꝙ ĩferni ianuis. Sũt. n. ĩfœcũdæ ſolæ ſiue quod corrũpãt ſiue quod naturæ uniuerſi ſimiles ſĩt ſiue quod paucorũ domĩatu gaudẽt. Deniq; magiſtratus ipſis eliguntur. q̃ uero ceciderĩt nõ tollẽda ut aſſueſcatur nõ niſi caſtigate edere. Porro ariſtophanes heroũ ait ea eẽ q̃ cadũt dicẽs ĩ heroicis ne guſtato qdẽ q̃q; ĩtra mẽſẽ deciderĩt. Gallo plumis albis abſtinẽdũ quod iouis ſacer ſit atq; ſupplex. Mẽſi quoq; ſacratus ẽ. Nã & horas ſignificat: piſces itẽ nõ guſtãdos eos qui ſacri ſũt. Neq;. n. fas eẽ eadẽ diis & hoĩbus apponi ſicuti nec ſeruis & liberis: & cãdidũ quidẽ quod ẽ ad bõi ptinere naturã: atrũ uero ad mali panẽ nõ frãgẽdũ. Nãq; in unũ ueteræs amici coibãt queadmodum nunc & barbari: neq; diuidẽdum quod illos cogit. Alii id ad iudicium refert quod apud ĩferos ſit. Alii quod ĩ bello formidinẽ faciat. Alii quod ab hoc ĩcipiat totum ſolidarũq; figuraꝝ omnium pulcherrĩa ſphæra: planaꝝ uero circulus ſit ſenectutẽ & õe detrimẽto obnoxiũ pari ratione teneri. Iuuentutem itidem & quicquid incrementa ſuſcipit idem eſſe. ſanitatem ſpeciei eſſe conſtantiã morbum contra huius eſſe uiolationẽ. De ſale apponendo neceſſario iccirco ſtatuit quod iuſtitie admonẽt. Hoc enĩ quicquid occupauerit ſeruat: & ex liquidiſſimis rebus aqua & mari fit. Hæc alexãder in pythagoricis repiſſe cõmẽtariis tradit. eadem ferme ariſtoteles. Enim

uero pythagoræ ipſius grauitatē ac modeſtiā & timō ī ſillis cū illū carpere īſtituiſſet nō omiſit ī hāc ſnīam loqns. Pythagorā quoq; magia īſignē opiniōe gloriæ grauitatiſq; celeb: ē. quod autē alius idē alias fuerit xenophanes in elegia teſtatur cuius eſt initium. nunc alia dicere aggrediar: quod uero de illo dixit ſic ſe hēt: cū uidiſſet aliquando canē cædi miſeratus ait deſine hūc cædere. Eſt. n. cari ſodalis aīa: quā eius ex uerbis agnoui: atq; ita xenophanes ſigillat illū. cratinus ī pythagoricis atq; ī tarētinis ī hūc modū hæc īqt eis cōſuetudo ē ſi quē ſimplicē ūdecūq; nacti fuerīt īgreſſū expimtūq; cœptuꝶ q̄tū illi dicēdi uiribus præſtēt: pturbare illū obiectiōibuſq; uerſare cōclusionibus īæq̄litatibus fallaciis magnitudinibus nō īde emergeret. Mneſimachus alcmæoni pythagoreo more ſoli īmolamus aīatū nil oīno cōmedētes. Ariſtophon ī pythagoreo īſtituto ait. quod cum deſcēdiſſet ī dietā q apud īferos ſūt uidiſſe ſingulos. Pythagoricos uero multū oīno a mortuis differre. His qppe ſolis cōueſci plutonē ob pietatē dixit. Facilē ais deū ſi plenis ſor de cibis adeē gaudet. Itē ī eodē cōmedunt olera: & aquā in potu ſumunt: pediculos & palliū atq; ſq̄lorē nemo ex aliis pferre poſſet. Moritur aūt pythagoras hoc mō. cōſederat ī domo milōis cū ſociis. Eā uero domū qſpiā ex his quos ille admittere noluerat: per īuidiam incendit. Sunt qui crotoniatas ipſos tyrannidis ſuſpicione ac metu hoc ppetraſſe dicant. Pythagoram igitur incendii incōmoda uitantem cum egrederetur comprehenſum eſſe & agro cuidam fabis pleno ꝓpīquantē ibi conſtitiſſe ac dixiſſe capi præſtat quā has dare peſſū: cædiq; ſatius ē quā qc̄q̄ loq: atq; ita iugulū pſecutoribus nudaſſe: cōpluresque ex diſcipulis nā ſecum ad. xl. erāt fuiſſe interemptos: paucoſque effugiſſe ex qbus archytas tarētinus fuerit & lyſis ille quē ſupra memorauimus. Porro dicæarchus pythagorā ī delubrū muſaꝶ quod metapōti ē cōfugiſſe: ibique cū q̄dragīta dies abſque cibo pſtitiſſet defeciſſe ait. heraclides uero ī epitome uitaꝶ ſatyri

illũ poſtq̃ delipherecydi iuſta pſoluerat rdiſſe ĩ italiã:& cũ
ĩ domo milonis crotoniatæ celebritaté offédiſſet ſubĩde me
tapontũ prexiſſe:ibiq; cũ uiuere ulterius nollet ĩedia uitã
finiſſe. Hermippus aũt ait bello ĩter agrigẽtĩos atq; ſyracu-
ſanos exorto pythagorã exiſſe cũ ſociis agrigẽtinis opẽ latu
rũ. Verſis autẽ ĩ fugã illũ fabaꝝ cãpũ circuiſſe:ibiq; a ſyra-
cuſanis fuiſſe ĩterfectũ. Reliquos uero ad trigĩtaqnq; tarẽ-
ti fuiſſe crematos cum primariis ciuitatis contraire uellét:
atq; ab eis ĩ reipub. admĩſtratione diſſẽtirẽt. Aliud itẽ qd-
dã huiuſmodi de pythagora hermippus refert: Ait. n. illũ
cũ ĩ italiã uẽiſſet ſubterraneã feciſſe domũ matriq; mãdaſ
ſe quæq; cõtĩgerẽt tabulis ĩſcriberet tẽpuſq; adnotaret: de-
ĩde ĩ illã deſcẽdiſſe: ac dũ rediret id matré feciſſe. Anno aũt
exacto aſcẽdiſſe pythagorã ex effoſſa domo ſqualidum ac
macie confectũ aduocataq; contione dixiſſe ex ĩferis ſe aſcẽ
dere: atq; ut ſibi fidé faceret recitaſſe qcquid eueniſſet. Eos
uero his quæ dicebãtur affectos ĩ lachrymas eiulatuſq; pru
piſſe pythagorãq; iã diuini quidpiã hr̃e exiſtimãtes uxores
ſuas illi ĩ diſciplinã certatĩ dediſſe ut quidpiã ex illo addi-
ſcerẽt: eaſq; pythagoricas uocatas eẽ: Hæc hermippus. Erat
autẽ pythagoræ & uxor theano noĩe brontini crotoniatæ fi
lia: hãc alii brontini uxoré: pythagoræq; diſcipulã tradunt.
Erat illi & filia damo ut lyſis ĩ epiſtola ad hipparchũ ait de
pythagora in hunc modũ loqués. Aiũt aũt plurimi publi-
ce te id quod pythagoras ſẽp inhibuerat philoſophari. qui
cũ damoni filiæ cõmẽtaria ſua cõmẽdaret ĩiuſſit ne cui ex-
tra domũ ea traderet. Ea uero cum ĩgẽti pecunia poſſet illa
diſtrahere oĩno noluit. Inopiã quippe pr̃iſq; monita auro
precioſiora cẽſuit. Idq; cũ eẽt mulier. Fuit autẽ illi & filius
telauges qui etiã pr̃i ſucceſſit: ac ſecundũ quoſdã Empedo
clis præceptor fuit hippobotus aut empedoclem dixiſſe ait
telauges clara theãe ples pythagoræq;. telauges quidẽ nihil
ſcripſiſſe fertur: at ipſius mater nõnulla rogata quãdo mu
lier a uiro mũda ſit dixiſſe ferũt a ſuo qdẽ cõtinuo: ab ali-

liber

enis uero nūq̄. Ei uero q̄ ad uirū pgeret ī mādatis dabat uti cū ueſte & uerecūdiā poneret. Exurgēſq; denuo cū ipſis illā una reſumeret. Rogata quænā hæc inq̄t p q̄ mulier uocor. Igitur pythagoras qdē iuxta heraclidē ſeraphionis filiū .lxxx. ætatis āno moritur ſecundū ꝓpriā ætatū deſcriptionē. Iuxta plurimos autē nonageſimo. Extāt autem & quæ in hunc luſimus ſic ſe habentia.

Non refugis ſolus: ſed nos animata uetamus.
Vinibla pythagoræ fercula nullus edit.
Aſt ubi lixatum uel coctum ſiue ſalitum
Tunc edimus: quoniam ſpiritus omnis abit.

Aliud.

Pythagoras ſapiens habitus ꝙ tangere carnes
Nollet: ut iniuſtum: pauit at ille uiros.
Hunc admiror ego: iuſta non tangere dixi:
Afficit aſt alios forſitan obprobrio.

Aliud.

Aſpice in euphorbi radiantia ſcuta: renati
Pythagoræ mentē noſcere quiſquis aues:
Ante lego dicit eram mortalis: nec ſinit unq̄
Siue erat haud uel erat dicere ſemper eram

Et aliud ut mortuus eſt.

Heu heu quid tantum proprio auditore ſeorſum
Pythagoras fabas perueneratus obis:
Ne loca fabarum pedibus calcaret iniquis
Agrigentino mortuus in triuio eſt.

Floruit autem olympiade ſexageſima: ipſiuſq; ſchola durauit uſq; ad nonā ſiue decimā generationē. Poſtremi enī Pythagoreoꝝ fuere quos & ariſtoxenus uidit zænophilus chalcidenſis ex thracia: & phanto phliaſius: & echetrates & diocles & polimnaſtus phliaſii & ipſi. Erant aūt auditores philolai & euriti tarētinoꝝ. Fuerunt aūt pythagoræ q̄tuor eodē fere tēpore nec multū ab ſe īuicē diſtātes. Vnus quidē crotoniata tyrānicus uir: alter phliaſius corpoꝝ exercitator

aliptes ut quidam aiunt. Tertius zacynthius cuius aiunt il
lud eē phīæ arcanū magiſterium ī quo & illud ait ꝓuerbiū
ī mundum ueni. Sunt qui & alium ſculptorē rheginum fu
iſſe dicant pythagoram qui primus uiſus ſit numeroꝝ ac
mōꝝ repertor fuiſſe. Aliū itē ſculptorē ſamium: & alium o
ratorē nō bonum: & alium medicum qui de cela ſcripſerit:
ac de homero quædā cōpoſuerit. Aliū itē qui dionyſio dori
ce ſcripſerit auctorē porro hunc eratoſthenes: quē & fauori‑
nus ī oīmoda hiſtoria ſeqtur in libro octauo primū fuiſſe
tradit qui. xlviii. olīpiade pitus ac ꝓbus pugil effulſerit co‑
matū atq; purpuratū ſe lectūq; ex pueroꝝ ludo atq; irriſū
cōtinuo uiros petiſſe ac uiciſſe. Sīplex & huic epigrāma qđ
fecit theætetus.

Sydera pythagoram quendam crinita canentem
Pythagorā ſamium ſi hoſpes amice teges:
Pythagoras ego ſum: peteres ſi dogmata noſtra
Eleidem: dices hic mihi mira refert.

Hunc fauorinus ait diffinitiōibus ob mathematicā uſum
materiā: āpliaſſe uero illā ſocratē & qui ab illo fluxerē. Poſt
modū autē ariſtotelē ac ſtoicos: primoq; cælum appellaſſe
mundū terrāq; rotundā. Id autē theophraſtus parmenidi
zeno heſiodo aſſignāt. huic aiunt reſtitiſſe cydonē: ſicut ā‑
tidicū ſocrati. at uero philoſophi epiſtola legitur ī hūc mo
dū pugnās ad olympia cū pueris ephæbis uēit pythagoras
crotonias phūs autē taliter ſcripſit pythagoras anaximeni
at tu uiroꝝ optīe ſi nihil pythagora & generē & gloria præ‑
ſtātior eēs ꝓfecto ad nos iā ex mileto migraſſes: nunc uero
te cōtinuit pr̄na & auita gloria q̄ & me cōtinuiſſet ſi eſſem
anaximeni ſimilis. Cæterū uos ſi augurio urbes deſeretis:
eis qdē ornatus adimitur: mediq; illis īfeſtius īſtabūt. Ne‑
q; uero ſēp cōuēit aſtroꝝ ac cæli ueſtigarē rōnes. præſtat īter
dū ad patriā curas cogitatiōeſq; cōuertere: & ego nō ſemp
meis uaco fabulis: ueꝝ & bellis īterſum qbus ī ſe īuicē itali
ſæuiūt. Quoniā uero de pythagoria diximus: dicēdū iā de

liber

pythagoricis illuſtribus uiris: poſt quos dicẽdũ erit de his q ſparſim a pleriſq; referũtur. Tũ deinceps adnectemus ſucceſſiõis ſeriẽ mẽorabilium uirorum uſq; ad epicurum ſicuti ſupra ꝑmiſimus: de theana quidẽ & thelauge iã diximus dicẽdũ modo de empedocle primum: nam ſecundũ quoſdam pythagoræ auditor fuit.

Empedocles.

e Mpedocli ut ait hippobotus m̃eto pater: auus empedocles: agrigẽtinus fuit. idẽ & timæus refert in .xv. hiſtoriaꝶ libro ĩſignẽ fuiſſe uiꝶ empedoclem poetæ auũ. hermippus eadẽ ferme ait. heraclides itidem in libro de morbis clara ex fãilia fuiſſe auũ equoſq; nutriſſe tradit: dicit & eratoſthenes ĩ olympionicis. lxxi. olympiadẽ uiciſſe metõis p̃rem ariſtotelis utẽs teſtimõio. Apollodorus aũt grãmaticus ĩ chronicis metõis quidem filiũ fuiſſe ait. cæteꝶ ad thurios nuꝑ oĩno cõditos ueniſſe glaucus ait: deĩde poſt pauca. qui uero ĩquit domo ꝓfugũ ueniſſe ſyracuſas & cũ illis aduerſus athenienſes bellaſſe aiũt prorſus id mihi ignorare uidentur. Aut. n. iã defecerat: aut oĩno ualde ſenex erat id quod minime ꝓbatur. Nãq; & ariſtoteles ipſum & heraclitũ. lx. ætatis ãno uita exceſſiſſe ait: qui uero. lxx. & primã olympiadẽ uicerat eques eodẽ cenſebatur nomĩe. Ita & tẽpus ab apollodoro ſignificatur: ſatyrus aũt ĩ uitis empedoclẽ ait filiũ fuiſſe exaneti. Reliquiſſe autẽ & illũ filiũ exanetũ: eadẽq; olympiade ipſum quidẽ equeſtri certamĩe uiciſſe: filiũ uero illius lucta ſiue ut ait heraclides ĩ epitome curſu. Verũ enĩ ego ĩ fauorini cõmentariis reppe ri empedoclem & bouem mactaſſe ſpectatoribus ex melle & farĩa: f̃remq; habuiſſe callicratidem. Telauges aũt pythagoræ filius ĩ epiſtola ad philolaũ empedoclẽ ait archinomi fuiſſe filiũ. Quod aũt agrigentinus ex ſicilia fuerit ipſe in pr̃cipio luſtrationũ r̃fert hactenus de gener̃ ipſius: audiſſe

autẽ illũ pythagorã. Timæus auctor ẽ ĩ nono hiſtoriaꝝ di-
cẽs deprehenſũ qđ orationẽ furatus eẽt ſicuti & plato: atq;
iõ ad cõſortiũ ſermonũ admitti ꝓhibitũ: ipſũq; memĩſſe.
Pythagoræ dum illum ĩſignẽ doctrĩa uiꝝ appellat ꝗ maxĩa
noſſet aĩq; excelleret opibus. Sunt qui iſta de parmẽide di-
xiſſe putãt. Refert neanthes pythagoricos uſq; ad philola-
um & empedoclẽ ad ſermonum cõionẽ admitti ſolitos. V-
bi uero ipſe poemata illa uulgare cœpit: latã eẽ legẽ uti uer
ſificator oĩs inde arceretur. Idẽ & platonẽ ꝑtuliſſe aiũt. qꝑ-
pe & hunc fuiſſe ꝓhibitum quẽ tamẽ illoꝝ audiuerit empe
docles non dixit. Eã. n. quæ telaugis fertur epiſtolã qđ hip
paſum ac brõtinũ audierit nõ uſq;quaq; ꝓbari: enimuero
theophraſtus parmẽidẽ illũ imitatum dixit: ipĩuſq; æmu-
lũ & ĩ poematibus fuiſſe: qꝑpe & illũ uerſu phyſicæ rõnis
ꝑpuiſſe. Hermippus autẽ nõ parmẽidis ueꝝ zenophãis fu-
iſſe imitatorẽ tradidit qui cũ diu uerſatus eiuſq; carmẽ imi
tatus ſit poſtmodum pythagoricis cõgreſſum eſſe. Alcida-
mas uero ĩ phyſico ĩfert eodẽ tẽpore zenonẽ & empedoclẽ
una audiuiſſe parmenidẽ demũ ab ſe diſceſſiſſe ac zenonẽ
ꝗdẽ ſeorſũ phãtũ eſſe. Hunc uero anaxagorã & pythagorã
audiſſe atq; alterius cõſtãtiã & grauitatẽ uitæ atq; habitus
alterius de natura rõnes fuiſſe imitatũ. Ariſtoteles uero in
ſophiſta primũ empedoclẽ oratoriæ ĩuẽtorẽ ait : zenonẽq;
dialecticæ in libro autẽ de poetis aſſerit homericũ empedo
clẽ acutũq; ĩ dicẽdo fuiſſe: trãſlatiõibus itẽ ac cæteris poeti
cis figuris uſum. Atq; iõ cum & alia poemata ſcripſiſſet et
xerxis trãſitum & ĩ apollinẽ ꝓhœmium: ea poſtmodũ igni
bus tradidit ſoror quædã ipſius ſiue filia : ut hieronymus
meminit: ꝓhœmium ꝗdẽ ĩprudens ac prudẽs. Perſica autẽ
prudẽs ac ſciẽs qđ ea ĩꝑfecta eẽnt. Tragœdias illũ præterea
ſcripſiſſe refert ac politica. Verum heraclides ſerapionis fi-
lius tragœdias alterius fuiſſe memorat. Hieronymus ue-
ro q̃drāgĩta tria illius opuſcula ſe legiſſe aſſerit. Neanthes
autẽ ad hunc iuuenẽ ſcripſiſſe & ipſum tragœdias: in q̃s ſe

poſtea ĩcidiſſe. Porro ſatyrus ĩ uitis refet & medicũ illũ fu⸗
iſſe oratoreq; optimũ: gorgiãq; leontinũ ipĩus fuiſſe diſci⸗
pulũ: uiꝝ. ſ. ĩ oratoria inſigné ꝗ & artẽ rhetoricã ſcripſerit:
qué tradit apollodorus ĩ chronicis cẽtũ & nouẽ ætatis ĩpleſ
ſe ãnos. hunc ait ſatyrus dicere ſolitũ affuiſſe ſe empedocli
magiã exercenti: ipſumq; ĩ poematibus id ꝓfiteri & cõplu
ra alia: ĩter q̃ ꝓfitetur pharmaca: quibus & morbi & ſenec⸗
tus arceãtur & uẽtoꝝ uel noxii pellãtur flatus: uel ſalubres
ac læti adhibeãtur: mortuiq; itẽ reuiuiſcãt. Multis autẽ mo
dis eũ uiꝝ admiratiõi habitũ timæus ĩ. xviii. hiſtoriaꝝ auc⸗
tor ẽ. Nãq; eteſiis plerũq; uehemẽter flantibus adeo ut fru⸗
ges corrũpent excoriari aſinos iuſſit: factiſque utribus eos
collibus & mõtium uerticibus admoueri ad cõpellẽdos fla
tus: ceſſãtibuſq; uẽtis ab euẽtu rei colyſanemã uocatũ eſſe.
Heraclides quoq; ĩ libro de morbis ait ipſum pauſaniæ di⸗
ctaſſe q̃ de apno ille ſcripſit. Erat autẽ pauſanias ut ſatyrus
& ariſtippus ait amator eius: cui & de natura libros cõpoſi
tos ita declamauit

Pauſania ſapiẽs anchiti percipe fili:

Sed & epigramma in eum fecit

Pauſaniæ medico anchito cognomine nato:
Aſclipiadeo patria clara gela eſt:
Qui lãgueſcentes uario pleroſq; labore
Sæpe acherunteum linquere fecit iter.

τήν γοῦν ἄπνουν. Heraclitus tale quiddam eẽ ait qđ. xxx.
dies corpus abſq; ſpiritu ĩtegꝝ ĩcorruptũq; ſeruaret. Vnde
illũ & medicũ & uatẽ dixit: ut ex eius uerſibus patet: q̇bus
ĩcolas ãpli agrigẽti ſaluere iubet: a quibus & deum ſe credi
uult: diuinoſq; ſibi petit honores. Amplũ uero agrigẽtũ di
xiſſe ferũt ꝙ ĩ illa octĩgẽta hoĩnũ milia ĩhabitarẽt. Vnde &
empedoclẽ illis delitiis uacãtibus dixiſſe agrigẽtini delitiis
q̇dẽ ita quotidie ſe dedũt: ac ſi poſtridie morituri: domos
uero ita ædificãt q̃ſi ꝑpetuo uicturi. eas uero ipãs expiatio⸗
nes in unũ corpus coegiſſe fertur cleomenes cõpactor quẽ⸗

oftauus

admodũ & fauorinus ĩ cõmẽoratiõibus ait. fuiſſe uero eũ ĩprimis liberꝝ atq; ab oĩ prĩcipãdi faſtu r̃motiſſimũ ariſtoteles tradit. ſiquidẽ & r̃gnum cum ſibi offerretur: cõſtanter renuit: ſicuti xanthus ĩ illius laudibus meminit ſimplicitatẽ uitæ. ſ. q̃ r̃gũ delitias carius ãplectẽs. eadẽ & timæus r̃fert cãm ſimul adiiciẽs cur ita popularis fuerit. Inuitatus. n. fuerat a quodã ex prĩcipibus ac ꝓcedẽte cõuiuio cœna nõ ĩfer̃batur. Tacẽtibus aliis ĩdigne ille ferens ĩferri iuſſit. Qui uero illũ ĩuitarat præſtolari ſe curiæ miſtꝝ dixit. Vbi uero ille aduẽit cõuiuii prĩceps cõſtitutus ẽ: iõ agẽte q illum uocauerat. tũ ille tyrãnidis ĩitia haud obſcura præ ſe ferẽs iubebat aut bibere aut ĩ caput effundi merꝝ. Tunc igitur ẽpedocles tacuit. Poſtridie uero coacto iudicio dãnauit utrũq;: ac pemit ĩuitatorẽ. ſ. & cõuiuii principẽ. iſtud. n. eius reipublicæ tractãdæ ĩitiũ fuit. rurſus acrõe medico locũ ſibi ad cõſtruendũ p̃nũ monum̃tum a ſenatu poſtulãte qđ ĩter medicos arte precipue excelleret: ĩ mediũ ſurrexit ẽpedocles ac fieri ꝓhibuit: atq; ĩter cætera q̃ de æq̃litate diſſeruit ita illũ rogar̃ cœpit: cuiuſmõi monum̃to ĩcidemus elogiũ? Nũ hoc? ſummũ te medicũ ſummi p̃ris ĩ ſummo uertice ſũme p̃riæ cõditum? qdam autẽ ſeđm uerſum ita ꝓnunciãt ſublimis uerticis tumulus ſublimis cõtinet. Hoc qdã ſimonidis eſſe tradider̃t. Poſtmodum uero ẽpedocles & mille hõinum cœtum ãtiq̃uit cõſtituto triẽnii magr̃atu ut nõ ſolum eẽt diuitum uerꝝ & mediocrium ac populariter ſẽtiẽtium. Deniq; & timæus ĩ p̃rĩo & ſecundo libro: ipſius. n. ſæpe mẽtionem facit: cõtrariã reipublicæ tradit putatum eum habuiſſe ſẽtẽtiã: quãdo qdẽ iactãtia & amor̃ ſui fer̃batur ĩmodice. qppe q ĩ carmĩe ſe deum dixerit quãdo itẽ olympia adiſſet in ſe cunctorꝝ uertebat ora: ut nullius ĩterloquẽdum tãta quãta ẽpedoclis fieret mẽtio. Poſtrẽo tam̃ cum agrigẽtũ cõder̃tur obſtiterunt illius ĩſtituto ĩimicorꝝ nepotes: quo ille mœrore accepto ĩ pelopõneſum ſeceſſit: ibiq; diẽ obiit. Timõ autẽ ne hunc qdem prætermiſit: ſed ipſum mordet dicens. &

empedocles foréſium formator uerboꝝ q̃tum ualuit tãtũ cæpit ĩperãs qui diſpoſuit magiſtratus indigétes aliis. De il lius uero obitu uaria fertur opinio. Heraclides. n. cũ enar raſſet de apno ut. ſ. empedocles maximã ex eo gloriã conſe cutus eẽt: ꝙ mulierẽ defunctã uiuã dimiſiſſet ait illũ ſacri ficiũ ad piſianactis agrũ feciſſe. Cõuocatis pleriſq; ex aĩcis ĩter quos & pauſanias erat. Vbi uero conuiuio pacto alii q dem loco paululum digreſſi: alii ſub arboribus uillæ ſe ad q̃eſcédum cõpoſuerunt: alii quocũq; uiſum eſt ĩ loco qeue runt: ĩpſe ubi accubuerat pmãſit. Mane autẽ facto e ſõno excitis cæteris ſolus ipſe reptus nõ ẽ. Facta autẽ diligẽti ĩqſi tiõe ſeruis q rogabãtur unus affuit qui diceret ſe nocte me dia ĩgentẽ audiſſe uocẽ empedoclẽ uocãtẽ: Tũ uero ubi ſur rexiſſet cæleſtẽ uidiſſe lucẽ & ſplẽdorẽ tædarum nihilq; ali ud. Illis uero ĩ eo quod cõtigerat ſtupẽtibus deſcẽdit pauſa nias ut mitteret qui quærerent. Poſtmodum uero ꝓhibitus eſt ulterius quærere dicẽs uoti rẽ ĩprimis cõtigiſſe: ſibiq; ue luti deo hoſtias offerri oportere. Hermippus autẽ illum cũ pãtheã quãdã agrigẽtinã deſperatã a medicis curaſſet hoſti as ob id litaſſe. Qui uero ĩuitati erãt ad. lxxx. ferme fuiſſe. Hippobotus uero illum ait ubi exurrexerat ætnam petiſſe quo cum pueĩſſet ĩ ignis crateres ſe ĩieciſſe: ibiq; dum fidẽ cupit facere famãq; adſtruere quod deus effectus ſit igni bus cõſumptum eẽ: poſtea ut ſeſe res hẽret: agnitum & ex ploratum eẽ una ex illius crepidis ui flãmæ ex ĩtimis ad ex teriora reiecta. quippe calciari ſolebat aære. huic famæ pau ſanias reluctabatur. Cæteꝝ diodorus epheſius de anaximã dro ſcribẽs ait illum huius æmulum fuiſſe imitãdo tragicã grãdiloquẽtiã ueſtiſq; grauitatẽ. Eñuero dum ſelenũtios ex adiacẽtis fluuii fetore peſtis ĩuaſiſſet adeo ut & ipſi peri rẽt & uxores partu piclitarẽtur excogitaſſe empedoclẽ du os quoſdã ex uicinis amnibus ꝓprio ſumptu ĩ flumẽ illud ĩmittere: ut ex ea cõmixtiõe aquæ dulceſſerẽt. Hoc ordĩe ſe data peſte epulãtibus ſelenũtiis empedoclẽ apparuiſſe: illi

eo cõſpecto ſurrexerunt:eiq; ueluti deo diuĩos honores de-
tulerunt.Eã de ſe opinionẽ firmare uolẽtẽ ſe ĩ ignes cõieciſ
ſe. Veꝝ hiſce timæus r̃fragatur apte aſſerẽs illum ubi ĩ pelo
põneſũ ſe recepit:nunq̃ oĩno rediſſe atq; iõ illius ĩcertũ eẽ
obitũ.Heraclidi uero noĩe illũ denotãs apte cõtradicit piſi-
anacta ſyracuſanũ dicẽs:neq; uillã agrigẽti habuiſſe.Verũ
a pauſania factũ aĩco monumẽtũ. Is.n.huiuſmõi uulgata
fama ſiue breuẽ ſtatuã illi:qppe diues erat:ſiue arã q̃ſi deo
cõdidit:quonã ergo pacto ĩqt ſe ĩ crateras ĩiecit:quoꝝ nul
lã unq̃ fecit m̃tionẽ:& qdẽ cum ꝓpe eẽnt:Mortuus igitur ẽ
ĩ pelopõneſo:qđ ſi illius ſepultura nõ cernitur nihil eſt cur
admiremur.Nãq; & alioꝝ multorũ ſepulchra ignorantur:
Iſta & huiuſmõi timæus r̃fert.ueꝝ ſẽp heraclidi cõſuetudo
ẽ miracula iſta confingere:q & ex luna cecidiſſe hominẽ di-
cit.Porro hippobotus ait ſtatuã ẽpedoclis optã agrigẽti pri
mũ ſtetiſſe.Poſtea uero ãte romanoꝝ curiã cõſtitutã fuiſ-
ſe romãis eã illuc trãſferẽtibus aptã:picte qdẽ & nunc eiuſ
mõi q̃dã ĩueniũtur.Neãthes uero cyzicenus q & de pytha-
goricis ſcripſit:refert metõe uita functo tyrãnidis pullulare
exordia cœpiſſe.Tũ uero ẽpedoclẽ agrigentĩos ĩduxiſſe:uti
ſeditiõibus omiſſis æq̃litatẽ ciuilẽ ãplecterẽtur: multas iti-
dẽ ciuiũq; ſine dote erãt ex relictis ſibi opibus adiecta dote
uiris tradidiſſe:atq; iõ & purpurã ſe ĩduiſſe:& ſtrophiũ au
reũ circundediſſe fauorinus ĩ cõm̃tariis auctor eſt:crepidas
itẽ aereas & delphicã ſumpſiſſe coronã. Coma itẽ illi ꝓlixa
fuit:& pueri ſe deducentes & ipſe grauis ſẽp atq; in uno ſe-
ueritatis habitu pſtitit.Eiuſmõi igitur ꝓgrediebatur ut ci-
uibus ſibi occurſãtibus ac ꝓ magno id munere habẽtibus
ſpecimẽ quoddã & ĩſigne r̃giũ præ ſe ferre uiderẽtur. Poſtre
mo uero dũ celebritatis cuiuſdã cã meſſanã curru inuectus
ꝑgeret cecidiſſe : coxãq; fregiſſe.Quo & ex morbo defũctũ
eẽ ætatis ãno.lxxvii.eẽ itẽ ſepulchrum eius megaris:de æta-
te uero ab ariſtotele diſſentit.Ille.n.lxv.ãnoꝝ defeciſſe ait:
alii centum & nouẽ uixiſſe annos contendunt.Floruit aũt

circa.lxxx.& quartã olympiadẽ.Democritus aũt trezenius ĩ libro cõtra ſophiſtas ĩfert illũ iuxta homerũ ĩformis leti nodũ ſibi ꝓcera ex corno ĩfauſte nexuiſſe.In ea uero q̃ pre/diximus telaugis epiſtola fertur illum ex ſenio ĩ mare ꝓlapſum extinctũq; eẽ.Hæc de ipſius morte.fertur & noſtrum ĩ hunc pãmetro mordax quidam.

Empedocles rapida purgaſti corpora flamma
Aeternos ignes fortiter ore trahens:
Vltroneum taceam:te incẽdia ſæua petiſſe
Incidis inuitus delituiſſe uolans.

Et aliud.

Cruribus empedocles confractis dicitur eſſe
Mortuus:e curru cum cecidiſſet humi
Si ſe flagrantem uicturus iecit in ætnam
Quomodo nunc megaris ſtructa ſepulchra uides?

Timon uero ne ab eo q̃dẽ laceſſẽdo abſtinuit dicens ẽpedocleſq; forẽſiũ opifex carminum & cætera.Hæc autẽ illi uiſa ſunt elemẽta eẽ quatuor ignẽ aquã aerẽ terrã . aĩcitiãq; qua fœderẽtur & diſcordiã qua diſſideãt.Ait aũt ſic iuppiter ac iuno regĩa & aidoneus & uenerãda neſtis. Iouẽ ignẽ:iunonẽ terrã:aidoneũ aerẽ:neſtin aquã dicẽs & hæc ait aſſiduas uerſare uices:deſinere nuſq̃.eſt q̃ppe æternus iuxta illũ hic reꝝ ordo:deniq; ĩfert.Nãq; alias cõnectit amor hæc oĩa ſimul:ſæpe etiã diſiũcta iubet cõtẽtio ferri.ſolẽ ait ignis ĩgẽtẽ maſſã:lunaq; maiorẽ:lunã diſci habere ſimilitudinẽ.Cælũ ipſũ criſtalli obtinere ſpeciẽ & aĩam oĩgenũ aĩaliũ atq; arboꝝ ſpecies ĩdui.Ait nẽpe ſe aliquãdo fuiſſe puerũ atq; puellã arborẽ & auẽ atq; piſcem.Quæ igitur ille de natura deq; expiatiõibus ſcripſit ad quĩq; milia uerſuũ ꝑtingunt: quæ uero de medicĩa ad ſexcentos.De tragœdiis ſupra iam diximus.

Epicharmus cous.

e Picharmus elothalis filius cous & ipſe pythagoræ auditor fuit.Trimeniẽſis uero cũ eẽt e ſicilia pro/

ottaviy

fectus puenit megara.inde contendit ſyracuſas ut & ipſe ī ſuis teſtatur libris eius ſtatuæ iſtiuſmodi carmen inſcriptum eſt:quo dicatur tanto excellere doctis omnibus & claris uiris quanto uel ſyderibus ſol cæteris uel mare amnibus cunctis antecellat.

Quam ſuperat phæton ingentis ſydera cæli
Quāto uis pelago maior ineſt fluuiis
Tantum ego iam dico ſophia præſtare epicharmū
Cui dedit hæc pr̄ia florida ſerta comis.

Commentaria iſte reliquit in quibus de natura rerum : de ſententiis:de medicina diſſeruit.Notaſq; breues commentariorum locis appoſuit:quibus aperte indicat ab ſe elaborata opuſcula.obiit anno ætatis nonageſimo.

Archytas tarentinus.

a Rchytas mneſagoræ ſiue ut ariſtoxenus ait eſtiæi filius tarentinus pythagoricus nobiliſſimus fuit. Hic platonem : cum a dionyſio necādus eſſet:per epiſtolam eripuit.admirationi ſummæ apud plurimos habitus eſt in omni uirtutis genere. Nempe enim ſepties ciuibus præfectus eſt:cum cæteri pluſq̄ annum imperare lege prohiberentur.Ad hunc plato ſcribit epiſtolas: quod is ad eum prior ſcripſiſſet:ita archytas platōi ſcilicet. facis tu quidem recte quod nobis te conualuiſſe ex ægritudine ſignificaſti.de damiſco item nuntians. De commentariis autem curauimus:uenimuſq; ad lucanos:ibique cōuenimus occeli nepotes.Quæ igitur de r̄gno legibus iuſtitia oīumq; generatiōe & ipſi habemus & ex his quædam miſimus:reliqua modo reperiri nō poſſunt:cū īuenta fuerint ad te deferētur.in hūc modū archytas.Plato aūt iſta reſcripſit.plato archytæ.ſ.quæ abs te nobis allata ſūt commētaria:dici nō poteſt:quā libēter accepimus:quiq; illa ſcripſit īprimis admirati ſumus.oſtendit enim pfecto uir ille dignum ſe ma

ioribus illis ſuis ātiqſſimis atq; optimis uiris. Feruntur au/
tē iſti uiri mœrei fuiſſe. Hi autē ex illis fuere troianis q cū
laomedōte migrarunt uiri boni ut de illis tradita fabula ſi/
gnificat. quæ apud me ſunt commētaria de qbus ſcripſiſti
nondū ſatis lucubrata ſunt. neq; unq̄ ſatis erunt. ea tamē
miſi. De cuſtodia uero ābo cōcorditer ſētimus. Nihil itaq;
adhortatiōe opus ē. uale. in hunc modū illi ad ſe īuicē ſcri/
pſerunt. Porro archytæ quatuor fuere: primus hic ipſe: ſe/
cundus mytilenæus muſicus: tertius q de agricultura ſcrip
ſit: quartus poeta epigrāmatū: quītū pleriq; addunt archi
tectū: cuius proferunt librum de machīa: cuius iſtud initi/
um eſt hæc de teucro charchedonio audiui. de muſico dici/
tur quod cū probro ſibi daretur quod nō exaudiretur dixe
rit organum enim pro me pugnās loquitur. Pythagoricū
uero ariſtoxenus refert cū excercitui præeſſet nūq̄ fuiſſe ſu
peratū. Semel autē dum īuidiæ cederet ſeſe īpio abdicaſſe:
moxq; excercitum ī ius hoſtium cōceſſiſſe. primus hic me/
chanica mechanicis prīcipiis uſus expoſuit: primuſq; mo/
tū organicū deſcriptiōi geometricæ admouit ex dimidii cy/
lindri ſectiōe duas medias ſecundum ꝓportionē ſumere q̄
rēs ad cubi duplicationem: & in geometria cubum primus
ut plato ī repub. teſtatur inuenit.

Alcmæon crotoniata.

a Lcmæon crotoniates & ipſe pythagoræ auditor fu
it: ut plurimū uero ī medicīa uerſatur. plerūq; itē
de natura diſputat dicens multas humanarū rerū
cauſas. Videtur autem primus de nature rōne ſcripſiſſe: ut
fauorinus in oīmoda tradit hiſtoria: lunamq; hanc ſēpiter
nam habere naturā dixit. Fuit autem perithi filius ſicut &
ipſe ī prīcipio ſui operis teſtatur alcmæon crotoniates hæc
ait pithi filius brontino & leoni & bathyllo de īuiſibilibus
de īmortalibus rebus manifeſtam quidem ſcientiam hēnt

dii:quãtum uero coniicere hõibus licet & cætera. Animam uero immortalem dixit:moueriq; iugiter inſtar ſolis.

Hippaſus metapontinus.

h Ippaſus metapontinus & ipſe pythagoricus fuit. ait autē diffinitū eē tēpus mundanæ mutatiōis:finitūq; hoc totū eē ac ſēp moueri. Demetrius autē ī homonymis r̃fert illū nullū opus r̃liqſſe. Fuerunt autem hippaſi duo hic.ſ.& q laconum rēpublicam.v.libris cōprehēdit. Erat autem & ipſe lacon.

Philolaus.

p Hilolaus crotoniatæ filius pythagoricus & ipſe fuit. ab hoc pythagoricos libros emēdos ut curaret: dioni ſcribit plato. moritur autē ſuſpectus qđ tyrānidē īuadere moliretur. & noſtrum eſt in ipſum ſic.

Suſpitio dico.cunctis eſt uſq; cauenda.
Nil agis:infœlix cum uidearis:agis
Patria ſic croton philolaum ſuſtulit olim
Regnum affectantes credula habere manus.

Opinatur aũt oĩa harmõia ac neceſſitate fieri:terrãq; ſecūdum primū circulum moueri dixit. Alii Icetā ſyracuſanum id cēſiſſe affirmāt. Scripſit autē libꝵ ī quo hermippus quēpiā ſcriptorē dixiſſe r̃fert platonē philoſophū cum ī ſiciliā ad dionyſiū ꝓfectus eēt emiſſe a philolai cōſāguineis argēti minas alexādrinas.xl.atq; īde trāſcripſiſſe. Timæum alii platonē dicunt hæc a dionyſio accepiſſe reluctātē licet abductū ex carcere adoleſcentē & philolai diſcipulis. Refert demetrius ī homonymis pythagorica de natura r̃ꝵ hūc primū ediſſe. quoꝵ ē initiū prīo ī mūdo natura coacta ē ex īfinitis ac finitis munduſq; totus & que ſunt in ipſo omnia.

Eudoxus.

e Vdoxus æſchini filius Cnidius aſtrologus geometra medicus ac legifer fuit. ac geometriam quidem ab archyta didicit. In medicīa uero philiſtio-

ne ſiculo præceptor̃ uſus ē:ut callimachus ĩ tabulis ait. Porro ſotion ĩ ſucceſſiōibus platōis quoq; auditoré fuiſſe ſcribit. Nā cū ānū.xxiii.ætatis ageret:ſūmoq; ĩter pauptatis āguſtias diſcēdi ſtudio flagraret ſocraticoꝝ gloria pcitū athenas cōtēdiſſe cū theomedōte medico a quo & nutriri ſolitū:nec defuerūt qui dicerent ipſius pædica fuiſſe. Deuectus aūt ĩ pireū athéas quotidie aſcēdebat:ibiq; cū ſophiſtas audiſſet ad portū r̃grediebatur. Duos aūt ibi mēſes r̃moratus domū r̃uertit. Vnde rurſus aīcoꝝ largitate ſuffultus ĩ ægyptū cū chryſippo medico ꝓfectus ē cōmēdatitias ab ageſilao lr̃as ad nectabī ferēs:a quo & ſacerdotibus ĩtēte cōmendatus ē. Ibi ānū unū & m̃ſes q̃tuor r̃moratus mēto atonſo atq; ſupcilio.viii.ānoꝝ hiſtoriā ſecūdū quoſdā cōſcripſit:ĩde iā cyzici atq; ĩ ꝓpōtide phātus mauſolū itidē uiſere uoluit. Tū uero athéas rediit hēns ſecū diſcipulos plurĩos cōtriſtādi:ut quidā uolūt platōis gr̃a: ꝗ is ab initio illū ab ſe dimiſerat. ſunt qui dicāt cōuiuiū platōi celebranti ipſū adſtātibus plurimis hemicycliū accubitū ĩtroduxiſſe. Enĩuero nicomachus ariſtotelis filius illū ait uoluptaté bonū dicere. Exceptus autē ĩ patria magno cum honor̃ ē:cuius rei ĩdicio ē honorificum de illo factum decretum. Apud græcos quoq; clariſſimus fuit:ciuibuſque ſuis leges cōſcripſit : ut hermippus ĩ quarto de.vii.ſapiētibus libro r̃fert. ſcripſit ĩtē de aſtrologia & de geometria & de aliis quibſdā ĩſignia opuſcula. Tres autē habuit filias actidē philtidē delphidē. Refert heratoſthenes ĩ libris ad hecatonē ipſum & cynicoꝝ dialogos cōpoſuiſſe:alii ægyptios quidē lĩgua ſua illos conſcripſiſſe. Hunc uero traductos græcis edidiſſe tradūt. eius chryſippus erinei filius Cnidius auditor fuit ĩ his q̃ de diis de mundo de cæleſtibus docētur. In medicĩa uero philiſtiōe ſiculo præceptor̃ uſus ē. Reliqt aūt & cōmētaria pulcherrĩa & eruditiōis plēa. huius filius ariſtagoras fuit:cuius chryſippus ethlii filius diſcipulus fuit:cuius ferūt̃ mōi illi aduidēdas ſpeculatiōes nat̃ales q̃ ĩ aĩam eius uenerāt accōmodati

Fuerũt autẽ eudoxi tres primus hic ipſe. Secundus rhodius hiſtoriarũ ſcriptor. Tertius ſiculus. Agathoclis filius poeta comicus: q ter urbana uicit certamĩa: qnquieſq; lenaica ut apollodorus ĩ chronicis ait. Inueĩmus & aliũ medicũ Cnidi um quẽ ait eudoxus ĩ terræ ãbitu ſemp admonere ſolitũ ar ticulos iugi agitatiõe exercẽdos ſenſuſq; ſimiliter. Idẽ uero rfert eudoxum Cnidium circa centeſimã & tertiã olympia dem claruiſſe atq; lineas curuas reppiſſe. Moritur aũt terti um & qnquageſimũ agẽs ãnum. Cũ uero adhuc ĩ ægypto moraretur cum ichenophi heliopolitano apis illius palliũ lingere uiſus eſt. Celebrẽ ergo illum fore nec longæuum ex eo oſtento ſacerdotes dixere: ut fauorinus ĩ cõmentariis re fert. hunc ꝑ eudoxo. eſt & noſtrum in hunc.

A boue cornuto propriam prædiſcere ſortem
Eudoxum fama eſt quondam mẽphitis in urbe
At quia ſermonem uitulo natura negauit
Nil dixit: ſtolam lingens obliquus aperte
Hoc docuit mouere cito: non otius alter
Illi igitur celeri uenit mors horrida paſſu
Annos intuito ter denos triſque uiginti.

Eudoxum ob famæ claritatem gloriãq; appellabant.

DIOGENIS LAERTII DE VITIS PHILOSOPHORVM. LIBER NONVS.

Heraclitus epheſius.

q Voniã ergo de nobilibus pythagoricis diximus: nũc iã ſparſim ut aiunt de claris qbuſdã philoſophis loq̃mur: ac primũ de heraclito dicẽdũ. Heraclitus bliſonis ſiue ut quidã uolũt herationtis filius epheſius circa. lxix. olympiadẽ clarus eſt hĩtus. Fuit autem ultra cæteros alto aĩo & contẽnẽte oẽs ut ex ipſo eius opere oſtẽditur: ubi ait multa peritia mentem

nõ docet. Heſiodũ.n.ſiquidẽ docuit & pythagorã:rurſuſq; xenophanẽ atq; hecatæum. Nã licet unum ſcire ſapiẽtẽ ſnĩam q̃ gubernẽtur oĩa p oĩa. homerumq; dicebat dignũ qui ex certamĩbus eiiceretur:colaphiſq; cæderetur: archilocũq; ſimiliter. Dicebat autẽ & ĩiuriã extĩguere oportet magiſ q̃ ardẽtẽ rogum:plebẽq; ꝓ lege nõ ſecus ac ꝓ muro pugnare. Acriter autẽ epheſios carpit qđ aĩcum ſuum hermodoꝝ eiecerãt dicẽs merẽtur epheſii oẽs adulti mori. Impuberibuſq; urbẽ derelĩquere:quoniã hermodoꝝ ſui præſtãtiſſimum expulerunt dicẽtes:noſtrum nemo ĩæq̃lis ſit:quod ſi quis erit talis:alibiq; & cũ aliis. Cum autẽ rogaretur a ciuibus ut leges eis poneret:facere contẽpſit ꝙ iã ciuitas peſſĩa cõſuetudĩe ĩbuta eẽt. Secedẽs uero ad phanum dianæ cum filiis talo ludebat. Circunſtãtibus autẽ ſe epheſiis quid ĩqt miramini o pditi:nõne præſtat iſtuc facere q̃ uobiſcũ ultra rẽ admĩſtrare:tãdẽ hominũ odio pcitus exiit:uitãq; ĩ mõtibus ducebat olera comedens. eius rei gr̃a morbo aquæ intercutis arreptus ad urbẽ deſcendit: medicoſq; p enigmata ſciſcitabatur an poſſent ex ĩbre ſiccitatẽ facere. Illis nõ ĩtelligẽtibus ſeipſum boum ſtabulo ĩcludens & fimo bubalĩo obruens eo calore arbitrabatur noxium ac exundãtẽ humorẽ exhaurire poſſe. Vbi uero ne ſic quidẽ aliquid ꝓficere conſpexerat moritur.lx.ætatis agens annum : & eſt in ipſum noſtrum ſic.

Sæpe ego miratus quondam quonãmodo poſſet
Hæraclitus uitæ uiuere difficilis.
Eſt tamen extinctus cum corpora nãq; rigaſſet
Lympha diem extinxit. attulit & tenebras.

Hermippus aũt r̃fert illũ medicis dixiſſe. Nũ poteſtis præſſis ĩteſtinis humorẽ exhaurire: negãtibus ſe ipſum ſolis ob iecíſſe radiis ac iuſſiſſe pueris boũ fimo ſe obliner̃:eo calore maceratũ poſtridie obiiſſe diẽ:ſepultũq; ĩ foro fuiſſe. Neanthes uero cyricenus ait illũ fimo bubulo cũ ſe eximer̃ nõ poſſet ita perſtitiſſe atque ob eam mutationẽ ignoratum a

canibus diſcerptũ eẽ. Fuit autẽ a puero mirabilis & cũ eſſet iuuenis nihil ſe dicebat ſcire. Vbi uero ad uirilitatis annos euaſerat nihil ignorare: neminẽ quidẽ audiuit: uerũ ſe met ĩueſtigãdæ ueritati dediſſe: oĩaq; ex ſe metipſo didiciſſe ait Sotion autẽ quoſdã dixiſſe refert zenophanis illũ frequentaſſe auditoriũ: ariſtonẽq; ĩ libro de heraclito dicere aquæ ĩtercutis illũ curatũ ægritudĩe: morbo alio uitã finiſſe. ei opiniõi & hippobotus accedit. Eius uero qui legitur liber generaliter quidẽ de natura eſt: cæterũ tris ĩpartes ſcinditur. Nãq; & de uniuerſo & de rĩpublica & de theologia diſſerit. Illum uero in tẽplo dianæ depoſuit ut quidam putant de ĩduſtria obſcurius ſcriptũ ut ſoli eruditi illũ legerẽt: ne ſi a uulgo paſſim legeretur cõtẽptibilis eẽt. Hũc uero & timon deſcripſit appellãs maledicũ & turbæ ĩfeſtũ. Theophraſtus illũ atrabile laborãtẽ alia ſemipfecta: alia alias aliter ſcripſiſſe refert: eius alti animi ſignũ antiſthenes ĩ ſucceſſiõibus id aſſerit quod fr̃i cõceſſerit regnũ. Tãtũ uero gloriæ ꝓmeruit ipſius liber ut ſectatores habuerit q appellarẽtur heracliti. Sũt autẽ iſta quæ illi ſummatĩ uiſa ſunt. Ex igne cũcta cõſtare ĩ eũq; reſolui oĩa: fato oĩa fieri: & ex cõuerſiõe cõtraria quæ ſint oĩa cõgruere & coaptari. Aĩaꝝ itẽ & dæmonũ plena eẽ oĩa dixit: & de his quæ ĩ mundo cõtĩgũt paſſionibus oĩbus. ſolis eã eẽ magnitudinẽ quæ cernitur oculis. Dicitur & id de aĩæ ſenſiſſe natura. Nunq̃ illã repiri poſſe quãtalibet qs uie cõficiat ſpacia: adeo ꝓfundã eius eẽ rõnẽ elationẽ ſiue æſtimationẽ ſacrum morbũ appellabat: aſpectũq; mẽtiri. Lucide quidẽ ĩterdũ & aperte in ſuo ope loq̃tur & ut tardiſſimo cuiq; facilis ad intelligendum ſit. Breuitas quoq; & interpretationis grauitas incõpabilis eſt. Iã uero per partes digerenda ſunt eius decreta. Ignem elementum eſſe dicit. Igniſque uiciſſitudine tum raritate tum dẽſitate conſtare quæ fiunt omnia. Aperte uero nihil explicat: fieriq; omnia per contrarietatem & fluminis in morem uniuerſa decurrere: finitũq; eẽ hoc omne: & unũ eſſe mũ-

dũ:eũq; ex igne naſci & rurſus p quoſdã ãbitus p uices hoc
õe ſeculum igneſcere. Id autẽ fato fieri. Ex his uero q̃ cõtra
ria ſunt id qdẽ quod ad generationẽ adducat uocari bellũ
& cõtẽtionẽ: quod autẽ ad ĩcẽſionẽ cõcordiã & pacẽ. Muta
tionẽ quoq; uiã eẽ ſupra ĩfraq; ducẽtẽ ſecundum quã fieri
mundum. Dẽſatum qppe ignẽ liq̃ſcere: cõſtãtẽq; aquã fie/
ri: cõcretã uero aquã ĩ humum uerti: eãq; iter ĩferiora eſſe.
humum ipãm denuo effundi atque ex ea fieri humorẽ. Ex
eo autẽ reliq̃ ferme oĩa ad euaporationẽ eã referẽs q̃ ex ma/
ri fit: ipſãque ad ſupiora uiã eẽ. Porro euaporatiões ex ter/
ra fieri & mari: alias quidẽ perſpicuas & liquidas: alias ue/
ro tenebroſas a liquidioribus ignẽ a reliquis humorẽ ĩcrem̃
ta cape. Aerẽ uero cuiuſmodi ſit nõ ſignificat eẽ tamen ſca
phas per cõcauum ad nos conuerſas ĩ quibus conuẽientes
euaporationes liquidas perferre flãmas: quæ ſint ſydera di
cit. Eſſe autẽ lucidiſſimã candidiſſimãque ſolis flãmã: nã/
que aſtra cætera remotiora eẽ: neque adeo terræ pxima. At
que iõ minus lucere minuſque calefacere: lunã quæ terre
uicinior ſit nõ p liqdũ locum apparẽ ſolem ĩ ſuo ſplẽdore
nulli admixtiõi obnoxium durarẽ certis a nobis ſpaciis m̃ſu
riſque diſtãtẽ. Ex eo igitur magis caleſcere atque illuſtrare
Deficere itẽ ſolẽ ac lunã cũ ſcaphæ ad ſuperiora uertũtur:
mẽſtruaſq; figuras lunæ fieri dũ in illã ſenſim uertitur ſca/
pha. Diẽ itẽ ac noctẽ & menſes & ãnos ãniq; ſtatuta tẽpora
pluuiaſq; & uẽtos atq; his ſimilia ſecundum euaporatiões
uarias fieri. Nã liquidã euaporationẽ ĩ ſolis circulo ĩflãma/
tã diẽ facere. Cõtrariã uero ubi obtinuerit efficere noctẽ at/
q; ex lumĩe calorẽ augeri æſtatẽq; pficere: ex tenebris humo
rẽ abundare: unde hyems oriatur. in hũc modum & de cau/
ſis cæteris diſputat. Enĩuero terrã cuiuſmodi ſit penitus ta/
cet: ac de ſcaphis itidẽ iſta eius dogmata fuere. Porro quod
ad ſocratẽ attinet quænã eius de illo ſententia fuerit cum e/
ius legiſſet librum euripide ſibi deferẽte ut ariſton ait dixi/
mus cum de ſocrate loqueremur. Seleucus tam̃ grãmaticus

ait crotoniaté quédā ī eo qué catacolymbité īſcripſit libro tradere craté quédā hūc libꝝ primo græcis īuexiſſe:ac dixiſſe libꝝ ipſū delio aliquo īdigere natatore:q ī illo nō ſuffocaretur.īſcribūt illū pleriq; muſas:alii de natura:diodotus uero gubernaculū diligés ad librā uitæ:qdā ſnīam morum unius oīum īſtituti ornamtū.Aiūt illū cū rogaretur cur taceret dixiſſe ut uos loquamini:eius frui cōtubernio & darius optauit: ſcripſitq; ad illū ita : rex darius hyſtaſpis filius heraclitū epheſiū ſapiété uirꝝ ſalutat.libꝝ de natura ſcripſiſti obſcurū ad ītelligédū:difficiléq; ad exponédū īplerīſq; deniq; ſi ad uerbū exponatur uim quandā ſpeculationis continere uidetur.mūdi quidé totius & quæ ī eo fiūt omnium quæ ſunt ī diuīo motu cōſtituta:ī qbus plurimi hæſerunt:aſſénſūq; cōtinere:adeo ut & q cōplura legerūt ambigāt:cū recta abs te rō cōſcripta uideatur. Rex igitur darius hyſtaſpis filius auditor eé tuus cupit ꝑticepſq; græcæ eruditiōis fieri. Venias itaq; q̄primū ad cōſpectū meū ac rgiam domū.Græci.n.ut plurimū ſapiétibus uiris obſeruādis minus dediti aſpnātur quæ ab his recte fuerīt oſtéſa ſtudioſe & audiéda & diſcéda. Apud me auté aderit tibi oīs honor: primatuſq; oīs:quotidieq; ſollicita obſeruatio & grata allocutio:uitaq; tuis monitis ꝓbabilis.Vale.hís ille ita reſpondit.Heraclitus epheſius regi dario hyſtaſpis filio ſalu.Quiq; mortales ī terris ſunt a ueritate ac iuſtitia ſe lōgius remouét.auaritiæ aūt & īani gloriæ īexplebiliter ītendunt ꝑditæ demétiæ cā.Ego aūt oīs īmemor neqtie faſtidiūq; deuitās oīs īuidiæ domeſticæ ſupbiæ ité nūq̄ ī pſaꝝ ſolū aduenire paucis cōtétus quæ ſunt ſecundū meā ſnīam.huiuſmōi ille & aduerſus regé fuit.Demetrius aūt ī æquocis ipſum & athenienſes aſpnatū ait:apud quos magna de illo erat opinio:& cū epheſiis eét cōtéptui nuſq̄ alibi maluiſſe īuerſari:memīt illius demetrius quoq; phalerius ī ſocratis defenſiōe:plurimiq; fuere q illius exponerét libꝝ:qppe & ātiſthenes & heraclides pōticus & ſphærus ſtoicus.Pauſanias præ

terea q̄ heraclitiſtes appellatus ē. Nicomedes quoq; ac dio-
nyſius: & ex grāmaticis diodotus qui opus illud non de na
tura ſed de repub. dixit differere. Nā quæ de natura dixerit
ī exēpli ſpeciē īſerta illic eē. Hieronymus autē ſcythinū quē
dā iāboꝝ poetā ī illius librum metro iocari: illūq; euertere
dixit. multa autē epigrāmata ī ipſum feruntur ſed & hoc.

Heraclitus ego. quid me uexatis iniqui?
Non uos: ſed doctos tā graue quærit opus.
Eſt mihi ſolus homo triginta milia: plures:
Nullus homo ſtygiis hæc quoq; narro deis.

Item aliud.

Noli heraclitum rapido percurrere paſſu
Eſt uia difficilis: luce papyrus eget.
In ſua ſi doctus te duxerit atria uates:
Cuncta uidebuntur lucidiora die.

Quinq; autē heracliti fuere: primus hic ipſe: ſecundus poe
ta lyricus: cuius ē illa duodecī deoꝝ laus: tertius elegiæ poe
ta alicarnaſſeus: in quem callimachus fecit ſic.

Heraclite mihi quidam tua funera dixit
Et ſubito lachrymis immaduere genæ.
Venit & in mentem quotiens acceſſimus ambo
Ad ſolem: ut nobis mutua uerba forent.
Puluis es exiguus nunc hoſpes: ſed tua muſa
Viuit. plutonis non timet atq; manus.

Quartus leſbius q̄ macedonū ſcripſit hiſtoriā. qntus ex in
duſtria ridiculus q̄ ex citharæ pulſu trāſiuit ad ſpeciem.

Xenophanes.

x Enophanes dexii ſiue ut apollodorus ait ortho-
menis filius colophōius a timōe laudatur: deniq;
ait xenophanē moderatū ac ſine fauſtu fuiſſe. pul
ſus autē patria in zacla ſiciliæ moratus ē atq; catina ſūt qui
neminē audiſſe dicant: neq; deſunt qui botonis atheniēſis

Nonus

auditoré fuiſſe aſſeuerét. Alii archelaũ audiſſe atq; ut ſotion ait anaximãdri ætate uixit. Scripſit auté uerſu elegias & Iãbos cõtra heſiodũ atq; homerꝝ quæ de diis dixere illis exꝓbrãs. ipſe quoq; ſua reſarciebat poemata. Thaletis ac pythagoræ opiniõibus cõtraria ſéſiſſe fertur. epimenidéq; ſugillaſſe. Fuit auté & lõgæuus maxĩe ſicuti & ipſe quodã in loco teſtatur dicés ſexagĩta & ſepté ãnos ſe a patria pegrĩatũ eé cũ tunc xxv. eét ãnoꝝ. Ait auté q̃tuor eé oĩum reꝝ elemẽta: ĩfinitoſq; mundos neq; uariabiles: nubes conſiſter̃ cũ ſolis uapor ſurſum fertur: eaſq; ĩ aeré cogit: dei ſubſtãtiam rotundã eé & globoſã: nihilq; cũ hõibus hr̃e cõmune. totũ cernere totũq; audire: nõ tamé r̃ſpirare: ſimulq; eé oĩa méte prudétiã æternitaté. primuſq; dixit omne qđ fiat corruptiõi obnoxium eé. Aĩamq; eé ſpiritũ ait & plurĩa deteriora m̃te eé. Tyrãnis cõgrediédũ aut mĩme aut ſuauiſſime. Empedocle auté dicéte ſibi difficile ĩueniri iuuené poſſe ſapienté recte ĩquit. Nã ſapiens ſit neceſſe é q norit explorare ſapienté. Oĩa ĩcõprehéſibilia eé primũ hunc dixiſſe ſotion auctor eſt: ſed fallitur. Scripſit aũt de colophõis conditiõe & de italica ĩ eleã colõia uerſus ad duo milia: claruit ſexageſĩa fere olympiade. Refert uero demetrius phalereus ĩ libro de ſenectute: panætiuſq; ſtoicus ĩ libro de trãqllitate filios illũ ſuos ꝓpriis ſepeliſſe mãibus ſicuti & anaxagoram. Videtur autem a pythagoricis parmeniſco & oreſtade: ut fauorinus ĩ prĩo cõmétarioꝝ ait defeciſſe. Fuit auté & alius xenophanes poeta iambicus ex leſbo atq; hi qdé ſparſim.

Parmenides.

p Armenides auditor fuit: piretuſque eleates eũ theophraſtus ĩ epitome anaximãdꝝ audiſſe tradit. licet auté zenophãis auditor fuerit: ſecutus tamé illũ nõ é: ſotius ité adiunctus é & ameniæ & diochetæ pythagorico: ut ſotion ait paupi illi quidé ſed honeſto ſane uiro

liber

ac bono:quē & potius ſecutus ē:ac uita fūcto ſacellū ædifi‑cauit. Cū & genere & opibus illuſtris eēt atq; ab amenia nō a xenophane ad quietā uitā īductus ē. primus hic terrā globoſā dixit ac rotūdā & ī medio ſitā. Duoq; eē elemēta ignē .ſ. & humū illū opificis:hāc materiæ tenere ordinē. Generationē itē hominū ex ſole primū eē ortā :ſolē ipſū calidū eē atq; frigidū:ex quibus conſtant oīa. aīam ac mentē idē eē: ſicuti & theophraſtus ī phyſicis meminit : cū fere omniū opiniōes exponeret:phīam quoq; eſſe duplicem:alia ſecūdum ueritatē:alia iuxta opinionē. phīam & ipſe carmīe expreſſit quēadmodū heſiodus:& zenophanes atq; empedocles iuditium rōnis eſſe dixit:ſenſuſq; minus eſſe exactos & idoneos ad iudicandum. floruit autem olympiade ſexageſima nona:primuſq; animaduertiſſe uidetur eundē eſſe ueſperū atq; luciferum:ut fauorinus in quinto commētariorum ait. alii pythagoram dicunt. Negat callimachus:ipſius poema eſſe fertur:Ciuibus quoq; ſuis ſcripſiſſe leges: ut ſpeuſippus in libro de phīs ait. huius nomine plato dialogū īſcripſit:uocauitq; parmenidem ſiue de ideis. Primus item ſermone interrogaſſe achillem:ut fauorinus ait in oīmoda hiſtoria. Fuit autem & alius parmenides orator qui artem ſcripſit oratoriam.

Meliſſus.

m Eliſſus Ithegenis filius ſamius parmēidis auditor fuit:& cū heraclito itē collocutus ē:quo tēpore illū & ignorātibus cōmēdauit epheſiis:ſicuti democritū hippocrates abderitis ātea cōmēdarat. Fuit aūt & ciuilis imprimis uir ciuibuſq; maxīe acceptus atq; carus. Vnde & præfectus claſſis electus magna uirtutis documēta dedit. Videbatur autē ſibi hoc omne īfinitū eē:& īmutabile atq; īmobile:& unū ſibiipſi ſimile ac plenum:motumq; nō eē uerum uideri eē. De diis nihil diffiniendum dicebat. neque enim illo℞ certā eſſe notionē. fuiſſe hūc circa. lxxxiiii. olympiadem apollodorus refert.

Zeno.

z Eno eleates piretis ut apollodorus ait in chronicis filius. parmenidē uero natura qdē teleutagoræ: ad optiōe uero parmēidis filiū dixit. De hoc atq; meliſſo timō hæc ait.

Magnum robur non molle zenonis plato reprehenſoris:
Meliſſi multas phāſias ſupra: paucas infra.

Platonē ſūpſiſſe pluria: maxīaſq; ad phādū uires cōparaſſe. enīuero zeno parmēidis auditor ac pædica fuit. Fuit aūt ꝓcera ſtatura queādmodum plato ī parmēide notat: idēq; ī ſophiſta ipſū eleaticum parmenidē uocat. īuētorē aūt dialecticæ ſicuti & empedoclem rhetoricæ fuiſſe ariſtoteles auctor ē. Fuit & ī phīa & ī repu. uir ſane nobiliſſimus. Feruntur nēpe ipſius uolumīa ſapīæ pleīſſīa. Is cū nearchū tyrannū ſiue diomedōtē deiicer̄ ac ꝓfligare uoluiſſet cōprehēſus ē: ut ī ſatyri epitome ait heraclides quo tēpore cū de cōſciis & armis q̄ ī liparis habuit īqreretur: uolēs ipſū deſertū ďſti tutūq; oſtēder̄ oēs illius aīcos cōiuratiōis eē cōſcios dixit: de īde cū de qbuſdā dixiſſet qddā ſibi ad aurē loq uelle ſignificauit: eāq; mordicus apprehēſā nō āte dimīſit quā hāc dētibus pforaret. Idē paſſus qď ariſtogitō tyrānicida. demetrius uero ī æquocis naſū ei abſcidiſſe ait. porro ātiſthenes in ſucceſſiōibus illū cū aīcos nūtiaſſet rogatū a tyrāno eēt ne alius qſpiā dixiſſe: tu ciuitatis pnicies atq; adſtātibus ita locutū eē admiror eqdē uram uecordiā. ſi hoꝝ gr̄a q̄ nūc ego tolero tyrāno ſeruir̄ decernitis. Demū preciſā līguā ī ora tyrāni cōſpuiſſe: ciueſq; cōtinuo facto īpetu lapidibus tyrannū obruiſſe. hæc oēs ferme ita tradiderūt. cæteꝝ hermippus illū ī cauū lapidē iniectū contuſumq; fuiſſe ait. & in hunc nos ſic diximus.

Tu bona quæſiſti crudelis cæde tyranni:
Eleus ut populus libera turba foret.
Fractus es aſt inter mortaria ſæua tyranni
Non ego te zeno. ſed tua mēbra cano.

Præclarus & ĩ cæteris fuit zeno maiorũq; nõ ſecus atq; he-
raclitus q̃dã animi altitudĩe cõtẽptor. Nã & ipſe prius ꝗdẽ
hylẽ: poſtmodũ uero eleã phocẽſiũ coloniã ſuãq; patriã ci-
uitatẽ humilẽ bonoſq; tãtũ uiros nutrire ſolita dilexit: ma-
giſ ꝗ̃ atheniẽſiũ magnificẽtiã ad quos ꝑgebat raro domi aſ
ſidue cõmorans. Hic & achillẽ prius orõne cõpellauit: ꝗ̃quis
fauorinus parmenidẽ & alios cõpluris ꝓfert. Placet aũt illi
mundos eẽ plures: uacuũq; nõ eẽ: naturã oĩum reꝝ ex cali-
do & frigido aridoq; & humido fuiſſe ꝑfectã: cũ iſta ĩ alte-
rutrũ cõmutẽtur. generationẽ hominũ e terra eẽ. aĩamque
ita ex his oĩbns cõmixtã ꝗ̃ prædiximus: ut a nullo eoꝝ pluſ
ꝗ̃ a cæteris obtineatur. Hunc aiunt cũ maledictis ageretur ĩ
